TRANSLATIONIBUS AB HOMINE PETITIS
AESCHYLUM ET PINDARUM COMMENTATI

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN ACADEMIA ALBERTINA REGIOMONTANA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE OBTINENDOS

DIE XXII MENSIS IULII A. MDCCCLXXXII, HORA XI

IN AUDITORIO MAXIMO

UNA CUM THESIBUS ADIECTIS

PUBLICE DEFENDET

BERNARDUS SCHMEIER

BRUNSBERGENSIS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

JULIUS HAMMLING, CAND. PHIL.
PAUL TEICHERT, STUD. PHIL., SOD. SEM. PHILOL.

REGIMONTI PRUSSORUM.

TYPIS TYPOGRAPHIAE LEUPOLDIANAE.

ARTHURO LUDWICH

PIO GRATOQUE ANIMO

D. D.

AUCTOR.

Πολὺ δὲ μέγιστον τὸ μεταφορικὸν εἶναι· μόνον γὰρ τοῦτο οὔτε παρ' ἄλλου ἔστι λαβεῖν εὐφυΐας τε σημεῖόν ἐστιν.
Aristot. poet. XXII, 9.

Cum nullus sermo tot verbis abundet, ut omnes res suo ac proprio nomine appellare possit, res corpore vacantes nomina a rebus corporeis accepisse cum per se patet tum, quo longius velut ad primas et reconditiores sedes verborum recesserimus[1]), eo magis ipsas corporeas verborum formas cognoscemus. Multae inde[2]) nascuntur translationes et cottidiano usu per sermonem circumferuntur, quae quo frequentiores sunt, eo difficilius originem earum perspicimus. Qualiscunque autem est et quantuscunque numerus huiusce generis verborum, non omnia haec ab omnibus, qui eodem sermone utuntur, usitari eodem modo, sed haec illave verba et locutiones plus minusve cuique placere et probari facile intellegimus. Quin ex ipsis verbis, quibus quisque utitur, saepe quo quis ordine sit et genere[3]), possumus agnoscere. Et recte. Maiorem enim vivacitatem, ut exemplo utar, venatoris inesse sermoni, pauperiorem inveniri piscatoris ex utriusque occupatione cottidiana et

---

[1]) cf. Grimm „Deutsches Wörterbuch“ Vorrede p. III.

[2]) cf. Quintil. VIII, 6, 5. Transfertur ergo nomen aut verbum ex eo loco, in quo proprium deest, aut translatum proprio melius est.

[3]) Nam verum est proverbium, quod Socrati datur: οἷος ὁ λόγος τοιοῦτός ἐστι καὶ ὁ τρόπος· ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται.

utrique propria[1]) apparet. Neque optimorum scriptorum eorundemque eruditissimorum dictiones investigantes fugit nos, quantum distent inter se cum in singulis verbis tum in adhibendis metaphoricis locutionibus. Cum autem veterum poetarum carmina legentes hanc[2]) Aristotelis, summi antiquitatis iudicis, legem in iudicandis poetis extremam esse voluerimus, omnem artis poeticae vim ac virtutem praecipue in elocutione constare perspicua neque humili et in fingendo insignes grandesque locutiones inque contexendo eas scite apteque toti carmini, iuvat[3]) nos hoc opusculo Aeschyli fabulas et Pindari quae supersunt carmina ad illam legem velut ad regulam examinasse ex iisque nonnulla audacius dicta et translationes collegisse, quo melius qua laude dignus sit uterque poeta, cognoscatur.

Ex magno autem numero graecorum poetarum, in quos accuratius et fusius inquireremus, hi duo dignissimi

---

[1]) cf. Grimm ibd. p. XXX.

[2]) cf. Aristot. poet. XXII, 1.

[3]) Acriter cohortatur nos ad huiusmodi labores suscipiendos Brinkmann in libro suo „Die Metaphern, Studien über den Geist der modernen Sprachen" vol. I. Bonn 1878. p. 3 sq. idemque p. 128 sqq. et p. 18 sq. admonet nos, quam utile sit et necessarium verborum origines et primitivas significationes cognoscere adferens ibd. p. 19 illud Rueckerti nostri:

„Wenn du deinen Ausdruck willst beleben,
So dass er nie todtgeboren sei,
Musst auf Wortes Ursprung Achtung geben.
Wie auch fern er ihm verloren sei,
Nur der Wurzel kann die Frucht entstreben."

His vero studiis primus operam dedit Scaliger, quem Valckenarius secutus est et Lennep, quorum vestigia ante haec perpauca decennia Lobeckius et Buttmannus presserunt tam ingeniose atque diligenter primas verborum notiones indagantes, ut ea omnia etiam nunc imprimis digna sunt, quae accurate legantur. Atque longius processit Reisigius, qui primus novam partem grammaticae semasiologiam condendam esse recte intellexit, et quod bene hic senserat, perfecit ingenium Haasii, qui in scholis quas de lingua latina habebat, in tres partes grammaticam dividit, quarum una est etymologia, altera semasiologia, tertia syntaxis (cf. Radtke „de tropis apud trag. Graec." part. I p. 3 sq.)

mihi videbantur, quia iam a veteribus alter tragicorum[1]) alter lyricorum[2]) poetarum princeps celebratur est, de quibus ut una etsi duobus capitibus secreto ageremus, hoc imprimis animum nostrum impulit, cum mirum in modum pro diversa rerum materia, quibus uterque operam dedit, tam singulari sublimitate verborumque granditate tam simili utantur, ut ingenium aeque grande et sublime utrique inesse luculentissime appareat.

Itaque cum et ad ingenium utriusque poetae ab omni parte aestimandum recteque perspiciendum et ad artem graeci sermonis velut architectonicam digne dilucideque perspiciendam multi iam[3]) iique docti viri poetarum sermonem, in quam accuratius anquiratur, dignissimum esse in-

---

[1]) Aeschylo inter tragicos poetas regiam sedem tribuit Aristophanes Ran. 769 sq.

ἐκεῖνος (sc. Αἰσχύλος) εἶχε τὸν
τραγῳδικὸν θρόνον ὡς ὢν κράτιστος τὴν τέχνην.

[2]) cf. Quint. X, 1, 61. Novem vero lyricorum longo Pindarus princeps.

[3]) De similitudinibus et metaphoricis Aeschyli dictionibus, quas poteram inspicere, hae dissertationes in lucem prodierunt:

Altum „Similitudines Homeri cum Aeschyli, Sophoclis, Euripidis, comparantur.“ Berolini 1855.

Dahlgren „De Aeschyli metaphoris et similitudinibus a re navali deductis commentatio.“ Stockholm 1875.

Hoppe „De comparationum et metaphorarum apud tragicos Graecos usu.“ Berolini 1859. (metaphoras ab avium natura deductas continet).

Radtke „De tropis apud tragicos Graecos“ partic. I. Berolini 1855. (continet agriculturae similitudines et metaphoras). partic. II. Ostrowo 1867 (De metaphoris ex verbis nauticis et ex venaticis petitis; pauca tamen selecta exempla afferuntur.)

Rüter ‚De metonymia abstractae notionis pro concreta apud Aeschylum“ Halis 1877.

Schultze „De imaginibus et figurata Aeschyli dictione.“ Halberstadt 1854.

Todt „De Aeschylo vocabulorum inventore commentatio.“ Halle 1855.

Tuch „De Aeschyli figurata elocutione.“ Wittenberg 1869.

De translocationibus apud Pindarum scripserunt hi:

E. Lübbert, cuius doctissima dissertatio „de elocutione Pindari“ conscripta obiter tantum hanc rem tangit.

tellexissent, hanc illamve partem translate et audacius dictorum diffusius adumbrandam susceperunt.

Mihi vero quaerenti, quod genus translationum ex magna illa copia in Aeschyli fabulis et in Pindari carminibus adhibitarum secernerem cuique diligentius operam navarem, nullum aptius visum est aud ad quemque Graecorum poetarum aut praecipue ad Aeschylum recte iudicandum et Pindarum, quam id quod ab hominis corpore et animo sumptum est.

Caput I.

De translationibus ab homine petitis apud Aeschylum.

Κάπειτ' ἐπειδὴ ταῦτα ληρήσειε καὶ τὸ δρᾶμα
ἤδη μεσοίη, ῥήματ' ἂν βόεια δώδεκ' εἶπεν
ὀφρῦς ἔχοντα καὶ λόφους, δείν' ἄττα, μορμορωπά,
ἄγνωστα τοῖς θεωμένοις. Aristoph. Ran. 923 sqq.

Totam materiam tribus capitibus optime sic tractaturi esse videmur, ut ad maiora ascendentes primum ea verba easque locutiones perstringamus, quae a corpore aut animo hominis sumpta insolentius paullo aut per κατάχρησιν[1]), quam recte abusionem dicimus, usitata inveniuntur, tum quae membra corporis quique affectus animi humani velut vividi homines finguntur, enumeremus, denique de illis verbis disseramus, quae etsi propria sunt de homine transferuntur in res inanimas extra hominem sitas.

Praeterea conferendum est quod Dissenius ad singulas locutiones huc pertinentes in commentario suo ad suam editionem Pindari carminum adiecit et quod
Tafelius in „dilucid. Pindar.“ contulit.

[1]) Nam has quoque dictiones ad translationes pertinere dicit praestantissimus ille et copiosissimus artis magister Quintil. VIII, 6, 5.

Particula I.

Verba et locutiones, quae a corpore aut animo hominis sumpta insolentius paullo aut per κατάχρησιν usitata inveniuntur apud Aeschylum.

Atque ad primum hoc genus accedentes ab egregiis Ciceronis verbis nos initium sumpsisse iuvat, quae leguntur de or. III., 38, 155. „Tertius ille modus transferendi verbi late patet, quem necessitas genuit inopia coacta et angustiis, post autem delectatio iucunditasque celebravit. Nam ut vestis frigoris depellendi causa reperta primo, post adhiberi coepta est ad ornamentum etiam corporis et dignitatem: sic verbi translatio instituta est inopiae causa... Illae paullo audaciores, quae non inopiam indicant, sed orationi splendoris aliquid arcessunt."

Inde quamvis a limine colligi liceat cum apud alios tum apud Aeschylum nostrum multas inveniri translationes, quae in communem usum adeo abierint, ut non ut translatis sed ut propriis omnes usi sint, tamen in his — id quod maximum adfert adiumentum ad poetae singulare ingenium aestimandum — saepissime talibus verbis occurremus, quae ad Aeschylum velut ad fontem et originem refluunt.[1])

Inter haec vocabula haud pauca primum recensenda sunt substantiva non solum ornatae illa orationis, verum ipsius consuetudinis vulgaris propria. Ex quo genere illa sunt.

ὄμμα γὰρ δόμων νομίζω δεσπότου παρουσίαν Pers. 169[2]) (aedium oculum arbitror esse domini praesentiam).

ὀφθαλμὸς οἴκων vocatur Orestes Cho. 927.

---

[1]) De his potissimum verbis et copiose et docte disseruit Todt „De Aeschylo vocabularum etc."

[2]) Numeri locorum laudatorum adiecti sunt ex editione Aeschyli tragoediarum A. Kirchhoffii, Berolini 1880, iis exceptis, qui de fragmentis Aeschyleis ducti sunt. Hos locos ex editione G. Hermanni adscripsi.

Idem Orestes speciose sic appellatur ab Electra sorore: ὦ τερπνὸν ὄμμα[1]) τέσσαρας μοίρας ἔχον ἐμοί. Cho. 230.

ὄμμα πάσης Θησῇδος χθονός. Eum. 1003. virgines dicuntur Furias placatas deducentes.

ὁ σὸς πιστὸς ὀφθαλμὸς[2]) Βατανώχου παῖς Ἄλπιστος Pers. 957. (fidus regis amicus.)

Exquisite dictum legitur Pers. 711 διπλοῦν μέτωπον ἦν δυοῖν στρατευμάτοιν (duplexerat facies duorum exercituum.) μέτωπον hic positum est, quia de certantibus cogitandum, in qua imagine nos quoque versamur, si dicimus „einem die Stirn bieten."

Dictum tritissimum et per omnes sermones vulgatum invenitur Pro. 845 Νείλου στόμα et Pers. 866 στόμωμα Πόντου (Ponti ostium i. e. Bosporus Thracicus). Etiam nos locum, quo fluvius in mare effunditur, „Mund Mündung" appellamus per κατάχρησιν.

Os etiam speluncae datur Cho. 791 στόμιον μέγα ναίων (spelunca, quam sub terra Orcus tenet).

Summa pars montis etsi notissima tamen speciosa locutione vocatur κορυφή his locis. κορυφαὶ ἄκραι Αἴτνας[3]) Pro. 370. ἀστρογείτονες κορυφαὶ (Καυκάσω) Pro 719. Ad eundem montem Caucasum spectat dictio haec grandissima, quae est Pro 718 κρόταφοι Καυκάσου, qua de partibus superioribus montis velut de temporibus humani capitis cogitandum est. Eandem granditatem spirat trans-

---

[1]) cf. Platonii nostri illud, quod legitur apud Brinkmannum l. l. p. 47

„Vielgeliebter, durch dieselbe Mutter
Mir Verwandter, meines Auges Apfel."

[2]) Hesychius s. v. ὀφθαλμὸς βασιλέως· ὁ πεμπόμενος κατάσκοπος. Editores adnotant, Persarum reges habuisse ministros, qui ὀφθαλμοὶ βασιλέως dicerentur a munere vel officio. quidquid enim in toto regno ageretur, eorum fuisse ad regem deferre. Simili metaphora nos utimur, sidicimus „die rechte Hand des Königs." Multa huc pertinentia et docta attulit Schützius in ed. sua ad hunc locum.

[3]) cf. Pind. P. I, 27 Αἴτνας μελάμφυλλοι κορυφαί.

latio, quae de Aetna monte adhibita legitur apud Pindarum P. I. 30 εὐκάρποιο γαίας μέτωπον.

Atque adeo ad summam vim animi facultatum significandam κορυφή in usu est. Legitur enim Suppl. 85

πίπτει δ'ἀσφαλὲς οὐδ' ἐπὶ νώτῳ
κορυφᾷ Διὸς εἰ κρανθῇ πρᾶγμα τέλειον.

(summa Jovis potestate, summo Jovis consilio si quid decretum est.)

Lingua pro ipso sermone usitatur Sept. 241. ἀψυχία γλῶσσαν ἁρπάζει φοβος (pavor mihi linguam abripit i. e. ut taceam.)

Non translatio quidem, sed locutio singularis, quae adeo in sensum metaphoricum abiit, ut digna videatur, quam hic apponamus, legitur Ag. 36 hoc versu τὰ δ'ἄλλα σιγῶ, βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ μέγας βέβηκεν, quem locum nuper inventis nummis bovis effigie impressis recte Blomfieldius interpretatus est dicens, proverbium esse notissimum de iis, qui pecunia corrupti ea taceant, quae eloqui et prodere non deberent, tralatum deinde ad illos, qui propter timorem sive ob mulctae metum libere loqui non audeant. Alia simuliter dicta afferam infra ad locum Pindari fr. inc. 182 e (152) laudandum. Quod vero propius ad germanicum sermonem accedit dictum legitur fr. 378 ἀλλ' ἔστι κἀμοὶ κλῆς ἐπὶ γλώσσῃ φύλαξ. Nostro enim sermone dicere solemus „ein Schloss verschliesst den Mund."

Paullo insolentius etsi non translate adhibetur γλῶσσα Ag. 663, ubi legitur γλῶσσαν ἐν τύχᾳ νέμων. Imaginem et hanc et quae invenitur Ag. 766 πραπίδων οἴακα νέμων ex re navali petitam esse censeo et sic interpretandam „linguam fideliter gubernans in mari Fortunae i. e. linguam opportunam regens"; ita ut nesciam, quo modo Wellauerus hunc locum interpretetur, cum in lexico suo νέμειν vertat tribuere.

Cum arbore pestifera comparatur lingua Eum. 816

γλώσσης ματαίας μὴ ἐκβάλῃς καρπόν. (noli linguae ad audaciam pronae fructum huic terrae inniccere.)

Ad importuosum atque saxosum littus Bospori Thracici spectat Pro 724.

τραχεῖα πόντου Σαλμυδησσία γνάθος
ἐχθρόξενος [1]) ναύτῃσι, μητρυιὰνεῶν

(fauces Propontides, per quas in Pontum Euxinum aditus est alias Bosporus Thracicus, qui Pers. 866 στόμωμα Πόντου vocatur. Ibi sita erat urbs Salmydessus. Recte adnotat Scholiastes ὡς τὸ πολέμου στόμα (Hom. Il. τ 313) διὰ τὸ πᾶν εἰς αὐτὴν ἐμπῖπτον καταναλίσκειν.) Fusius de dissipato huius vocabuli usu metaphorico tractabitur infra.

Abusio quoque genuit translationem notissimam, quae legitur Pro 835 κόλπος Ῥέας. adnotat Scholiasta καὶ Ἀπολλώνιος (Arg. IV, 327) Κρονίην ἅλα τὸν Ἰόνιόν φησι· οὕτωγὰρ ἐκαλεῖτο. ὅτι Ῥέας κόλπος ὁ Ἰόνιος πρώην ἐκαλεῖτο.

ἐς Μηλιᾶ κόλπον Pers. 484. κόλπος αἰγίδος Eum. 400.

Paullo audacius dictum, quo de maris sinibus ac portubus cogitandum est, invenitur Cho. 573 πόντιαι ἀγκάλαι.[2])

Grandiore paene spiritu inflata videtur esse dictio πετραία δ'ἀγκάλη σε βαστάσει Pro 1018.

Delphi et apud alios scriptores et apud nostrum vocantur γᾶς ὄμφαλος Eum. 166 et Eum. 40.

Idem locus ornate dicitur μεσόμφαλον ἵδρυμα, Λοξία πέδον. Cho. 1033. et μεσόμφαλα Πυθικά Sept. 730.

Imago pulcherrima, de qua et similibus latius infra in particula tertia disseremus, legitur Ag. 293 φλογὸς μέγας πώγων.

Locutionem, qua arctissimum vinculum fraternitatis apud omnes scriptores significatur, legimus Sept. 1015

---

[1]) cf. Eurip. Alc. 558 (ex ed. Dindorf.) δόμους καλεῖσθαι τοὺς ἐμοὺς κακοξένους.

[2]) cff. Aristoph. Ran. 704 (ex ed. Kochiana) ταῦτ' ἔχοντες κυμάτων ἐν ἀγκάλαις. Archiloch. fr. 22 ψυχὰς ἔχοντες κυμάτων ἐν ἀγκάλαις.

δεινὸν τὸ κοινὸν σπλάγχνον et Sept 865. ὁμόσπλαγχνα πλευρώματα [1]).

Imago grandissima de pectore legitur Suppl. 87

δαυλοὶ γὰρ πραπίδαν
δάσκιοί τε τείνου —
σιν πόροι κατιδεῖν ἄφραστοι.

(Nam hirsutae sunt viae praecordiorum umbrosae, ita ut perspicere non possis).

Alia substantiva insolentius usitata, quae de hominis corpore detracta sunt, haec apud Aeschylum inveniuntur σάρξ παλαιά Ag. 72 (senex). αὐτάδελφον αἷμα [2]) Sept. 701 αὐτάδελφον αἷμα καὶ κοινὸν πατρός Eum. 89. Ἑρμῆς ab Apolline vocatur. ὅμαιμον αἷμα Suppl. 432. αἵματα παλαίτερα Cho. 631.

Ex adiectivorum numero, quae cum substantivo coniuncta apud Aeschylum leguntur, huc referenda sunt haec. θρασύστομοι ἄνδρες Sept. 595 (superbientes, audacter loquentes viri.) ἔμβολοι χαλκόστομοι [3]) Pers. 413 (impetus rostrorum aeneorum.) ὀξυκάρδιοι ἐμοιράσαντο κτήματα Sept. 883. (iracundi). ἑστία μεσόμφαλος Ag. 1009 (focus media domo accensus). κοιλογάστωρ κύκλος Sept. 479 (scutum velut cavum ventrem habens). εὐπάλαμοι μέριμναι Ag. 1493 (sollers ratio mea, artibus probe instructa). δυσπάλαμοι [4]) δόλοι Eum. 831 (doli qui difficile superantur).

τοιαῦτα μέντοι τῆς ἄγαν ὑψηγόρου
γλώσσης, Προμηθεῦ τἀπίχειρα γίγνεται Pro. 322.

(id quod in manum das, merces). ὀξύχειρ κόπος Cho. 23 (ictus celeri manuum motu editus). πολῖται παχόσπλαγχνοι [5])

---

[1]) Eodem modo in digg, fratres, qui eadem matre nati velut partem eorundem viscerum habent, dicuntur uterini.

[2]) In eadem imagine versatur noster sermo, cum dicimus pro „Blutsverwandte" „unser Blut."

[3]) cf. Soph. Ai. 17 χαλκόστομος κώδων Τυρσηνική, ubi de tuba cogitandum est.

[4]) adverbium δυσπαλάμως legitur Suppl. 835 δυσπαλάμως ὄλοιο! (miserrime pereas!)

[5]) adverbium contrario sensu adhibitum invenimus. Pro 728 θρασυσπλάγχνως (audacter, fortiter).

Sept. 219 (viri ignavi). σιδηρόφρων τε κὰκ πέτρας[1]) εἰργασμένος Pro 245. κυνόφρων Σκύλλα Cho. 604. ἄχθος οὐκ εὐάγκαλον Pro 354 (Onus quod brachiis haud facile fertur).

Verba aut translate adhibita aut audacter dicta, quibus a corpore hominis sumptis apud poetam nostrum occurrimus, sunt haec. χαρανοῦται[2]) λόγος Cho. 515. πρᾶγμα χαρανοῦν Cho. 686. ὀμματοῦν λόγον Suppl. 450. (Rem diludice describere.)

φλογωπὰ σήματα
ἐξωμμάτωσα πρόσθεν ὄντ' ἐπάργεμα Pro. 500.

(fulgura et alios ignes caelestes oculavi i. e. illustravi, explicavi haec signa, quae antea obscura erant.) ἐπιγλωσσάσθαι Cho. 1042 (maledicere) idem Pro. 927. εὐστομεῖν Cho. 994 = εὐφημεῖν (bonis verbis uti.) θρασυστομεῖν Suppl. 193. (superbire, audacter loqui.) ἐλευθεροστομεῖν[3]) Pro. 183. (procaciter loqui.) Scholiastes adnotat παρρησιάζειν. λαβροστομεῖν Pro. 311. πολυστομεῖν Suppl. 485. (multiloquum esse.) εἶχε πώλους ζυγηφόρους ἐστομωμένας fr. 343. (or obturatos) (Hermannus).

χαριτογλωσσεῖν Pro. 294. (blandis non veris verbis loqui.) Recte Scholiastes μέχρι γλώσσης χαρίζεσθαι καὶ οὐκ ἔργοις. χειροῦσθαι Cho. 675. (manu vinci.) πρὸς βίαν χειρούμενος Τυφῶν Pro. 357.

Compluribus locis legitur verbum λακτίζειν, ἀπολακτίζειν[4]), quod prima quidem notione, ut ait Scholiastes Aesch. Pro. 327 de bubus calcitrando adversus stimulum se vulneran-

---

[1]) Nos dicimus „ein steinern Herz, ein Herz von Stein." cf. Hom. Il. II, 34

γλαυκὴ δέ σε τίκτε θάλασσα
πέτραι δ' ἠλίβατοι, ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπηνής.

Plaut. Aul. II, 1, 29 lapidem loqui = acerba duraque mente loqui. Goethe, Benv. Cellini XXVIII, 163 „Schon waren viele Leute herzugetreten, welche wohl merkten, dass unsere Worte von Eisen waren."

[2]) cf. Hesiod, op. et. d. 106 λόγον ἐκκορυφᾶν.

[3]) cf. Suppl. 915 ἐλευθεροστόμος γλῶσσα.

[4]) Substantivum ab hoc verbo derivatum invenimus Ag. 1572 λάκτισμα δείπνου τιθείς et Suppl. 904 πεσήματ' ἀνδρᾶν κἀπολακτισμοὶ βίου.

tibus usitatur, tamen hic, cum λάξ (calx) membrum humani corporis sit et de insolentius dictis hic agamus, apponendum videtur. Occurrunt autem nobis loci hi. ἀπολακτίζειν ὕπνον Eum. 141. (somnum vehementer spernere atque contemnere.) ἀπολακτίζειν λέχος Pro. 650. πάντα ταῦτα λὰξ ὁρῶ πατούμενα Eum. 110. (sacrificia omnia oblata mea spreta atque vane facta esse intellego.) λακτίζειν Δίκας βωμόν Ag. 369. (Iustitiae honorem non tribuere.) Potest quidem hic etiam de propria notione verbi cogitari et verti „aram pede tundere." Simili sensu legitur Ag. 1310

Χρονίζομεν γάρ· οἱ δὲ τῆς μελλοῦς κλέος
πέδοι πατοῦντες οὐ καθεύδουσινχερί.

False vertere Stanleium πέδοι πατοῦντες contemnentes dicit Schützius. Nam non contemnere significare πέδοι πατεῖν, sed viam calcare i. e. in aliqua re versari, ad aliquam rem accedere. Non credo recte id Schützium Stanleio obiecisse.

Verbum ἀποπτύειν translate positum est Ag. 943

μαντιπολεῖ δ' ἀκέλευστος ἄμισθος, ἀοιδά,
οὐδ' ἀποπτύσας δίκαν
δυσκρίτων ὀνειράτων.

(respuens i. e. abiiciens sc. somnium.) κατάπτυστον τὸ Λήμνιον κακόν Cho. 616. (abominandum malum)

Κοὐκ ἔστι νόσος
τῆσδ' ἥντιν' ἀπέπτυσα μᾶλλον Pro. 1069.

Cum in aliis rebus tum in metus, timoris, sollicitudinis affectibus pingendis praecipue excellere Aeschylum concludi potest exemplis his.

Simpliciter irasci significat θυμοῦσθαι Eum 723.

ἐπήκοος μένω
ὡς ἀμφίβουλος οὖσα θυμοῦσθαι πόλει

dicunt Eumenides paene iam placatae et Eum. 789 Minerva dea, ut plane pacatas reddat Furias, dicit: μὴ θυμοῦσθε, μηδ' ἀκαρπίαν τεύξητ'.

Ad iram gravissimam impelluntur Furiae his Clytaemnestrae verbis ἄλγησον ἧπαρ ἐνδίκοις ὀνείδεσιν Eum. 135.

Quo vero nihil potest iracundius pingi, ipso verbo σπλαγχνοῦσθαι et substantivo σπλάγχνον exprimitur, quo velut non solum pars aliqua viscerum tumere (κέαρ, καρδία, ἦτορ, ἧπαρ), sed ipsa viscera omnia ira impleta esse dicuntur. Itaque legitur σπλάγχνα μοι κελαινοῦται Cho. 401. (viscera mea nigrescunt i. e. vehementissime irascor.) Nos dicimus „sich krank und schwarz ärgern", „vor Aerger schwarz werden". cf. Aristoph. Ran. 1006. τὰ σπλάγχνα ἀγανακτεῖ. Alia exempla infra in particula secunda huius dissertationis afferentur.

Postremo in hoc genere commemoranda sunt nonnulla adverbialiter dicta, quae a corpore hominis petita in sensum metaphoricum abierunt. Legitur Ag. 777 δίκας γὰρ οὐκ ἀπὸ γλώσσης[1]) θεοὶ κλύοντες . . . (ex eo quod verbis tantum dicitur, non re est, ita ut obiter ac negligenter significet.) Recte hanc locutionem explicavit. Suidas s. v. ἀποστοματίζειν· ἀπὸ στόματος, ὡς ἡμεῖς, τὸ μὴ διὰ γραμμάτων, ἀλλ' ἀπὸ μνήμης. Κρατῖνος δὲ ταὐτὸ τοῦτο ἀπὸ γλώσσης Νόμοις·

„'Αλλὰ μὰ Δί' οὐκ οἶδ' ἔγωγε γράμματ' οὐδ' ἐπίσταμαι
ἀλλ' ἀπὸ γλώττης φράσω σοι· μνημονεύω γαρ καλῶς."

Similiter dictum invenimus Cho. 258

γλώσσης χάριν[2]) ἀγγέλλειν τι.

(garriendi causa.) ὅπως ποδῶν Suppl. 805 pro ὅπως τάχιστα, ὡς τάχιστα. Huc quoque adiiciendae sunt locutiones ἐκποδών et ἐμπεδών, quae leguntur Sept. 412 ἐμπαδὼν σχεθεῖν, ubi quo iure et sensu Schützius, Wellauerus, Dindorfius lectionem rectissimam et per scholiastam optimi codicis Laurentiani et ceteris codicibus traditam mutaverint in contrarium ἐκποδὼν σχεθεῖν, nescio. Totus autem locus hic est:

---

[1]) cf. Theogn. 61 sqq.
Μηδένα τῶνδε φίλον ποιεῦ Πολυπαΐδη ἀστῶν
ἐκ θυμοῦ χρείης εἵνεκ' μηδεμιῆς
ἀλλὰ δόκει μὲν πᾶσιν ἀπὸ γλώττης φίλον εἶναι,
ubi opponuntur φίλος ἐκ θυμοῦ et
φίλος ἀπὸ γλώττης.

[2]) cf. Hesiod. op. et d. 709 γλώσσης χάριν ψεύδεσθαι.

θεοῦ τε γὰρ θέλοντος ἐκπέρσειν πόλιν καὶ μὴ θέλοντος φησίν (sc. Καπανεύς) οὐδὲ τὴν Διὸς ἔριν πέδοι σκήψασαν ἐμποδὼν σχεθεῖν. (Audacter enim loquitur Capaneus deo et nolente et volente urbem se vastaturum esse neque Iovis iram terram tenentem prohibituram esse, quin ipse illam perderet.) Tuetur etiam Scholiastes hanc lectionem verissimam et assentitur Hermannus. Eodem sensu metaphorico adhibetur verbum ἐμποδίζειν, quod legitur

Pro 544 ὀλιγοδρανίαν ἄκικυν
ἰσόνειρον, ᾇ τὸ φωτῶν
ἀλαὸν γένος ἐμπεποδισμένον.

Contraria locutio invenitur Pro. 348 ἀλλ' ἡσύχαζε σαυτὸν ἐκποδὼν ἔχων. (quiesce cum extra teli iactum sis.) Dictio, qua nihil fere potest audacius fingi, legitur Ag. 1310

οἱ δὲ τῆς μελλοῦς κλέος
πέδοι πατοῦντες οὐ καθεύδουσιν χερί.

(non dormiunt manu i e. strenue rem gerunt.) et Ag. 1014 χερὶ φράζε. (noli verba facere.)

Vates adspectu Orestis misserimo perterrita exclamat τρέχω δὲ χερσίν, οὐ ποδωκείᾳ σκελῶν Eum. 37.

Particula II.

Quae membra corporis quique affectus animi humani velut ipse homo agant et sentiant.

Ducit nos ordo disputationis iam ad illas locutiones, quibus singula membra corporis humani et affectus animi velut ipsi homines finguntur.

§ 1. Familiam ducat ὄμμα, quod verbum cum maxime apud poetas elegiacos tum apud nostrum tragicum ter occurrit ut venator armatus. Atque speciose quidem et pulcherrime dictum legitur Ag. 228 ὄμματος βέλος φίλοικτον, quo Iphigenia pingitur ab Agamemnone patre sacrificata. (Oculus venatoris instar telum amoris misericordiaeque plenum emittens.) μαλθακὸν ὀμμάτων βέλος Ag. 714. (venusti Helenae oculi praedicantur.) ὄμματος θελκτήριον τόξευμα

Suppl. 971. Alia translatio pulcherrima subest eidem verbo Sept. 606 ποδῶκες[1]) ὄμμα, χεῖρα δ' οὐ βραδύνεται παρ' ἀσπίδος γυμνωθὲν ἁρπάσαι δόρυ.

τὸ Δῖον ὄμμα λωφᾷ πόθου Pro. 653. (Iovis oculus desiderium deponit.)

Sequitur locus ab interpretibus vexatissimus, qui est Sept. 766

πατροφόνῳ χερὶ τῶν
κρεισσοτέκνων ὀμμάτων ἐπλάγχθη,

quem vulgo editores vertunt sic: „Manu quae patrem occiderat, oculis se privavit liberis praestantioribus.“ Sed sensum probabilem hoc praebere non videtur. Itaque et ego cum Hermanno scribendum esse censeo

κυρσοτέκνων ὀμμάτων,

ita ut totus hic locus sic explicandus sit: „Oculis se privavit, qui liberis occursuri erant i. e. visuri eos.“ Tuetur hanc interpretationem etiam locus celeberrimus, qui est Soph. Oed. R. 1270 sqq.

ἄρας ἔπαισεν ἄρθρα τῶν αὐτοῦ κύκλων
αὐδῶν τοιαῦθ', ὁθούνεκ' οὐκ ὄψαιντόνιν,
οὔθ' οἷ' ἔπασχεν οὔθ' ὁποῖ' ἔδρα κακά,
ἀλλ' ἐν σκότῳ τὸ λοιπὸν οὓς μὲν οὐκ ἔδει
ὀψοίαθ', οὓς δ' ἔχρῃζεν οὐ γνωσαίατο.

Oculus velut sermonem esse tacitum mentis probatur Ag. 258

Εὖ γὰρ φρονοῦντος ὄμμα σοῦ κατηγορεῖ.
ἄφυκτον ὄμμα Pro. 901.

(Oculus cui propter praepotentem vim nemo resistere potest.) ὀψίκοιτα ὄμματα legitur Ag. 853. (Oculi sero requiescentes

[1]) In simili imagine versatur illud Goethii nostri in carmine convivali, cuius ultimi versus sunt hi:

„Mit jedem Schritt wird weiter die rasche Lebensbahn,
Und heiter, immer heiter steigt unser Blick hinan.“

Idem nec minus eleganter dictum legitur apud nostrum Aeschylum in fr. 282 ποδώκης τρόπος „praeceps ferocia“, ad quod Hermannus op. III. 140 recte adnotat, Aeschylum quaecunque celeritate conspicua sint, ποδώκη vocare, ut in Sept. 606 ποδῶκες ὄμμα, in Cho. 563 ποδώκει χαλκεύματι et in fr. 363 τό τοι κακὸν ποδῶκες ἔρχεται βροτοῖς, ad quod conferas Schilleri nostri:

„Und das Unglück schreitet schnell.“

aut sero quietem habentes.) πρευμενὲς ὄμμα Suppl. 200. δόλιον ὄμμα Pro. 565. σκυθρωπὰ ὄμματα Cho. 719. (oculi maestitiam simulantes.

Imago speciosior invenitur Suppl. 394.

δεδορκὸς ὄμμα κολυμβητῆρος δίκην.
πανόπτης κύκλος ἡλίου Pro. 91.
ἀστερωπὸν ὄμμα Λητῴας κόρης fr. 177.

De loco qui est Cho. 230 ὦ τερπνὸν ὄμμα τέσσαρας μοίρας ἔχον ἐμοί iam supra dictum est itemque de Pers. 957 πιστὸς ὀφθαλμός etc.

Huc quoque pertinet Sept. 66. κἀγὼ τὰ λοιπὰ πίστον ἡμεροσκόπον ὀφθαλμὸν ἕξω. (fidelem interdiu speculantem oculum tibi praesto) et Suppl. 777 ὄμματα ἔνδικα.

Restat autem una praeter alias dictio difficillima, quae est Cho. 652 στρωμνή δικαίων τ' ὀ μ μ ά τ ω ν παρουσία.

Haec verba frigida esse itaque medicina carere iam vidit Schützius, sed iustum remedium repperire non potuit, cum coniiciat: δικαίοις τ' ὄμμασι περιουσία. (omnisque generis facultates praesertim victus abundantia, quae quantum in nobis est, iustis oculis i. e. benevolis, non invidentibus ad usum patet) interpretans. ὀμμάτων habent omnes codices et Scholiastes idem legit, cum adnotet ἀντὶ τοῦ δίκαιοι ἄνθρωποι, quod et Hermannus et ego, quamquam ὄμματα compluribus ipsius Aeschyli locis pro vivis hominibus dici pernotum est, hic inepte dictum esse puto. Ad nostrum enim locum hunc huius vocabuli sensum aptum esse non concedo, cum praesertim, id quod recte dicit Hermannus, cibi commemorationem hic requiratur. Reposuit igitur ὀ μ π ν ί ω ν Hermannus subtilissima et insuperabili sagacitate sua ex Hesychio, qui sub voce ὄμπνια dicit τὰ ζωτικά (victus, victualia) et locum sanavit doctissimehaec scribens:

καὶ θερμὰ λουτρὰ καὶ πόνων θελκτηρία (sic!)
στρωμνὴ δικαίων τ' ὀμπνίων παρουσία.

Quatuor locos huc addere liceat, ubi ὄψεσί vita tribuitur. Sunt hi: ὄψεις πατρῴας χρημάτων δατήριοι Sept. 694. (nocturna somnia patris divitiarum divisores.) βέβακεν ὄψις Ag. 407.

ὄψεις ἔννυχοι πωλούμεναι
ἐς παρθενῶνας τοὺς ἐμοὺς παρηγόρουν
λείοισι μύθοις. Pro. 644 sq.
ὦ νυκτὸς ὄψις ἐμφανὴς ἐνυπνίων
ὡς κάρτα μοι σαφῶς ἐδήλωσας κακά Pers. 516.

Ut de vivo homine cogitandum est his quoque locutionibus, quae sunt Ag. 1201. κοιμᾶν στόμα = tacere. ἀπογυμνάζειν στόμα Sept. 424 = os fatigare. ξένιον στόμα Suppl. 607 = στόμα ξένων. ἁγνὰ στόματα Suppl. 662 = στόματα ἁγνῶν. τὸ Φοίβου θεῖον ἀψευδὲς στόμα fr. 184.

ψευδαγορεῖν γὰρ οὐκ ἐπίσταται στόμα τὸ Δῖον, ἀλλὰ πᾶν ἔπος τελεῖ. Pro 1031.

στομάτων ἰσχύς Cho. 701. De precibus alta voce pronuntiatis cogita. Eadem metaphora Hagedornus noster usus est cantum bene appellans: „die süsse Kraft der Kehlen.“

Etiam γλῶσσα personae vim accipit. Legitur Sept. 422 ἡ γλῶττ' ἀληθὴς γίγνεται κατήγορος. (ipsa veritas accusator fit.) κακάγγελος γλῶσσα Ag. 614. (nuntius mala adferens. γλῶσσαν εὔφημον φέρειν Cho. 568. (favere lingua.) ἀντὶ μὲν ἐχθρᾶς γλώσσης ἐχθρὰ γλῶσσα τελείσθω. Cho. 301. γλῶσσα το ξεύει Suppl. 429. ἐλευθερόστομος γλῶσσα Suppl. 915, ἄγαν ὑψηγόρος γλῶσσα Pro. 322. ὅμοια μορφῇ γλῶσσά σου γηρυεται Pro. 78. γλῶσσα λέγει φαιδρόνους Ag. 1182. (verbis blandis loquitur lingua serenoque animo.)

Huc adiicimus dictiones, quibus vox humana velut ipse homo agens existit. Sunt autem, hae: βοᾶτις[1]) τάλαινα αὐδά Pers. 573 ἴετ' αἰανῆ πάνδυρτον δύσθροον αὐδάν Pers. 919. φθόγγος ἦν ὁ σημανῶν Suppl. 235. εἴθ' εἶχε φωνὴν εὔφρον' ἀγγέλου δίκην (sc. πλόκος) Cho. 187 (laeta vox). Hermannus, Schützius alii hic Stanleio praceunte pro εὔφρον' scripserunt ἔμφρον', quod ut significaret vocem claram intelligibilem Sed nec Wellauerus nec ego concedimus verbum id significare posse itaque quod traditum est εὔφρον' teneo. Similes locutiones huc pertinentes hac apud Aeschylum inveniuntur.

---

[1]) In eodem simili versatur Schillerus noster cum dicit:
„Und wie weit er auch spähet und blicket
Und die Stimme die rufende schicket.“

φάτις πολλὴ κρατεῖ Suppl. 283. αὐδᾶται πολύστονος φάτις. Eum. 371. φήμη δημόθροος Ag. 902 (rumor malus popularis). φήμη φιλόφορμιγξ Suppl. 663 (cantus ad citharam cantatus, carmina soccanda chordis Hor. IV, 9, 4). κληδων ἀυτεῖ Ag. 891 (fama clamat). βοᾷ[1]) δ'ἐν ὠσὶ κέλαδος οὐ παιώνιος Pers. 603. παῖδες γὰρ ἀνδρὶ κληδόνες σωτήριοι θανόντι Cho. 492 (liberi hominis mortui nomen et famam servant). κληδόνος βοή Eum. 393. κληδόνες παλίγκοτοι Ag. 827 id. 838. Audacissime dictum legitur Ag. 884.

χαμαιπετὲς βόαμα (humi prostratus clamor.) De προσκυνήσει cogita barbarorum, qui in terram prostrati reges adorare solent.

Clamor ut gladiator armatus laudatur Suppl. 651 βοὰν ἔνδημον ἐξοπλίζειν, ad quem locum adnotat Scholiastes ἐμφύλιον μάχην· τὴν ἐπὶ τοῖς ἀπολωλόσι βοήν.

κακοφάτιδα βοὰν κακομέλετον ἰὰν
πέμψω πολύδακρυν ἰαχάν. Pers. 916.

θυστὰς βοή Sept. 251 cantus ipse sacra faciens pingitur. ὑπέρφρονες λόγοι Sept. 393 (insolentes sermones). παλαίφατος γέρων λόγος Ag. 722 (vetus proverbium). τριγέρων μῦθος τάδε φωνεῖ Cho. 306. μῦθος θελκτήριος Suppl. 430. σεμνόστομος[2]) καὶ φνονήματος πλέως ὁ μῦθός ἐστιν. Pro. 952. λόγοι πεδάρσιοι θρώσκουσι, θνήσκοντες μάτην, Cho. 839. (rumor qui per auram volat et temere moritur.) αἰδοῖοι λόγοι Suppl. 438 verba ut verecundae virgines. αἰδοῖα ἔπη Suppl. 184. εὐσεβὴς λόγος Suppl. 908. σὸς λόγος στέλλει με πάλιν εἰς οἶκον Pro. 391 (haec oratio tua me domum remittit). μελίγλωσσοι Πειθοῦς ἐπαοιδαί Pro. 174 (suaves Suadae incantationes). ἐναργὴς βάξις ἦλθεν Ἰνάχῳ σαφῶς ἐπισκήπτουσα καὶ μυθουμένη Pro. 662. (Inacho obtigit evidens oraculum aperte monens.) αἰολόστομοι χρησμοί Pro. 660. (oracula vario, ambiguo ore prolata i. e. ambigua, incerta orucula.) Confert Stanleius vers. 3 sq. Lycophronis

οὐ γὰρ ἥσυχος κόρη
ἔλυσε χρησμῶν, ὡς πρίν, αἰολοστόμα.

---

[1]) cf. Bergk. lyr. Graec. p. 1063 εὐρύοπα κέλαδον ἀκροσόφων ἀγνύμενον διὰ στομάτων.

[2]) cf. Simonid. fr. 75 ὁ δὲ μῦθος ὅδε κενεόφρων.

Pulcherrime dicitur oraculum nupta virgo Ag. 1132 sq.

ὁ χρησμὸς οὐκέτ' ἐκ καλυμμάτων
ἔσται δεδορκὼς νεογάμου νύμφης δίκην.

Aeschylum, ait Stanleius apud Blomfieldium, antiquum morem respicere, quo novae nuptae caput involutum erat flammeo. ψαλμὸς ἀλαλάζει fr. 58. ὕμνος ἐξ 'Ερινύων δέσμιος φρενῶν Eum. 326 (cantus quo animus vincitur).

βλαχαὶ αἱματόεσσαι
τῶν ἐπιμαστιδίων
ἀρτιτρεφεῖς βρέμονται
στόνον βαρυβρῶτ' αἱματηρόν, Sept. 331 sqq.

Ipsam quoque faciem ut vividum hominem agere et sentire his apparet exemplis. ἀγέλαστα[1]) πρόσωπα Ag. 758 (facies quae videre nescit.)

Coniectura elegantissima Porsoni (praef. ad Hecub. p. XXXIX. ed. Lips.) sanatus mihi videtur locus esse, qui legitur Suppl. 187 sq.

πρῶτα μὲν τὸ μὴ θρασύ,
τὸ μὴ μάταιον δ' 'ἐκ μετωποσωφρόνων
ἴτω προσώπων ὄμματος παρ 'ἡσύχου.

Codicum optimus Mediceus praebet μετώπω σωφρονῶν, Guelph. μετόπω σωφρονῶν, quod utrumque ferri nequit. Totum autem conexum et orationis concinnitatem servabis optime, si τὸ μὴ μάταιον sine substantivo πρόσωπον ponitur, ita ut opponatur quod praecedit τὸ μὴ θρασύ. Quod vero Dindorfius proposuit et in textum recepit σεσωφρονισμένων non satis facile videtur quam quod recipiatur. Itaque non haesito Porsono assentiri et cum Wellauero hoc verbum illis ῥήμασι βοείοις Aeschyli adnumerare, quae ipso teste Aristophane Av. 924 in Aeschyli propriis habenda sunt.

Manus vitam ac personam accepit his locutionibus. ἀνὴρ ἄκομπος, χεὶρ δ'ὁρᾷ[2]) τὸ δράσιμον Sept. 537.

πατροφόνῳ χερὶ των

---

[1]) Recordare de loco Eleusiniis mysteriis notissimo „πέτρα ἀγέλαστος“, quo in saxo Demeter summo maerore capta consedisse dicitur cf. Preller „myth. graec.“ I³, 648.

[2]) Similiter nos dicimus: „Seine Hand will Thaten sehn.“

χυρσοτέχνων (exem. Herm.) ὀμμάτων ἐπλάγχθη Sept. 766 de Oreste dictum ut eaedem manus Eum. 102 μητροκτόνοι χεῖρες appellantur. ἄνδρες τεθνᾶσιν ἐκ χερῶν αὐτοκτόνων Sept 787. ἀλλαλαφόνοι χεῖρες ὁμόστοροι Sept. 907. χεὶρ πράκτωρ Ag. 110. χεὶρ δικαία τέκτων Ag. 1360.

σὺν θυηπόλῳ χερὶ
βωμὸν προσέστην Pers. 202.

De χειροτονία, quomodo de ferendis auferendisque legibus a populo decernebatur, cogitandum est Suppl. 584 δημοκρατοῦσα χεὶρ ὅπερ (ex em. Herm.) πληθύνεται. ἀταρβὴς χεὶρ Pro. 847. ἡβῶσα χεὶρ fr. 189. σιδαρονόμος χεὶρ Sept. 771. χεὶρ δορίπαλτος Ag. 113. Scholiastes adnotat δεξιά. Contrarium invenis Sept. 607 παρ' ἀσπίδος (a sinistro latere).

Illo sensu acutissimo, qui grandem poetam decet, Aeschylus crines fortis hostis erectos finxit superbientia verba adversarii audientis Sept. 547

τριχὸς δ'ὀρθίας[1]) πλόκαμος ἵσταται
μεγάλα μεγαληγόρων
κλύων ἀνοσίων ἀνδρῶν.

Cho. 187. εἴθ' εἶχε (sc. πλόκαμος) φωνὴν εὔφρον' ἀγγέλου δίκην. (Utinam ille concinnus nuntii instar laetam vocem ederet!)

Nisi herois capillus purpureus sive, ut alii tradunt, aureus, quo non laeso vita immortali eum frui fato destinatum erat, dicitur ἀθανάτα θρὶξ Νίσου Cho. 602. Crinem Orestis occiso patri devotum una cum Electra lugere pingit poeta Cho. 191 πλόκος συμπάσχει[2]) ἐμοί.

Vivum hominem tribuimus etiam his locutionibus, quae ad κέαρ, καρδίαν pertinent. Sic linguam accepisse cor legimus Ag. 982. φροφθάσασα καρδία γλῶσσαν τάδ' ἐκχεῖ

Aliae dictiones, quibus cordi facultates ipsius hominis dantur, sunt hae. γυναικὸς ἀνδρόβουλον ἐλπίζει κέαρ Ag. 11.

[1]) Conferas exquisite dictum quod legitur Cho. 31 ὀρθόθριξ φόβος, pro quo Hermannus quidem propius ad lectionem traditam φοῖβος accedens facile scripsit (obss. critt. p. 59) φοῖτος et Lachmannus (de chor. syst p. 49) legendum proposuit Φοῖβος.

[2]) Ornate dicitur κήδειος θρὶξ Cho. 218 et ibd. 191 ξυγγενὴς πλόκος.

ἄτρεστος καρδία Ag. 1356. μαινομένᾳ καρδίᾳ Sept. 764. ὀργεῖται καρδία φόβῳ Cho. 159. ἀπειρόδακρυς καρδία Suppl. 66. (cor imperitum lacrimarum.)

Velut pullo veste indutum esse cor legimus Suppl. 750 κελαινόχρως[1]) καρδία. δαΐκτωρ καρδία Suppl. 762. κέαρ κορέννυται Pro 167. καρδίαν ἀνατρέφειν Eum. 517. ἤθεα καὶ κέαρ ἀπαράμυθον ἔχει Κρόνου παῖς Pro 188 (cor quod precibus flecti non potest). κέαρ ἀλγύνεται Pro 248 (cor tristitia afflictum). μαλθάσσειν κέαρ Pro 383 (ut de aegroto homine dictum). καρδία φόβῳ φρένα λακτίζει Pro 879. φόβῳ δ' οὐχ ὑπνώσσει κέαρ Sept. 270. βαᾷ βοᾷ μελέων ἔντοσθεν ἦτορ Pers. 967. καρδία στένει Sept. 946.

ἤκουσα δακνιστῆρα καρδίας λόγον Suppl. 449. codex Laurentianus habet μακιστῆρα, quod Stanleio praecedente Schützius, Wellauerus alii receperunt et pro quo suadente Aurato Dindorfius scripsit μαστικτῆρα. Quod vero codex Laurentianus tradit, sensum non praebet nisi ironice dictum esset, ut summus ille Goethiu noster dicit: „Du sprichst ein grosses[2]) Wort gelassen aus.“ Sed ne hoc quidem sensu ironico ferri potest, cum verbum aliquod postuletur, quo regem maxime perculsum et anxium esse testatur. Iaque cum rectissime tum ingeniosissime Hermannus scripsit δακνιστῆρα, quod iam Scholiastae adnotatio ἤκουσα λόγον καρδίας δηκτικόν commendat.

Ut summus animi affectus describatur, viscera non temere agere dicuntur Ag. 955

σπλάγχνα δ'οὔτοι ματᾴζει πρὸς ἐνδίκοις φρεσὶν
τελεσφόροις δίνοις κυκλούμενον κέαρ.

Anhelare viscera legimus Eum. 246 πολλοῖς δὲ μόχθοις ἀνδροκμῆσι φυσιᾷ σπλαγχνον.

Paucae restant dictiones, quae a partibus humani corporis detractae huc spectant. Legitur Sept. 605 γέροντα τὸν νοῦν, σάρκα δ' ἡβῶσαν φύει, quo loco φύει est coniectura Wellaueri, cum codices habeant φύσει superscripto φέρει.

---

[1]) cf. Aristoph. Ran. 470 Στυγὸς μελανοκάρδιος πέτρα.

[2]) Hesychius s. v. μακιστήρ· βέλος· τάσσεται δὲ καὶ ἐπὶ μεγάλου.

Et in hacquidem coniectur quiescere possumus, cum fusius Lobeckius ad Ai. v. 40 p. 75 verbum φύειν et similia natura transitiva et esse et usitari demonstraverit. αἵματα παλαίτερα Cho. 631 parentes eorumque maiores Orestis dicti sunt παρθένιον αἷμα Ag. 202 = αἷμα παρθένου. αὐτάδελφον αἷμα Sept. 701 id Eum. 89 = αἷμα ἀδέλφου.

§ 2. Jam ad eas locutiones venimus, quae ab animo hominis ductae in hunc ordinem referendae sunt. Ac primo quidem loco ponimus eas dictiones, quae ad voces φρένα, φροντίδα, φρόνημα, θυμόν, νοῦν de vivo homine propriae trans feruntur. Inveniuntur autem loci hi.

ταῦτά μου μελαγχίτων
φρὴν ἀμύσσεται φόβῳ Pers. 114

(animus meus quasi veste pulla indutus laceratur timore.)

Ipsa mens oculos habere celebratur Cho. 847 φρὴν ὠμματωμένη. φρὴν δέρκεται[1]) Pro 841 εὕδουσα γὰρ φρὴν ὄμμασιν λαμπρύνεται Eum. 104. φρὴν βρίζει Ag. 262 (dormit.) ὑγίεια φρενῶν Eum. 527. γηραιὰ φρήν Suppl. 586. εὔγλωσσος φρήν Suppl. 741 (animus bona lingua ornatus).

δέσμος δὲ καὶ τὸ γῆρας αἵ τε νήστιδες δύαι
διδάσκειν ἐξοχώταται φρενῶν ἰατρομάντεις Ag. 1592.
τοιαῦτ' ἀκούων ἐν φρεσὶν γράφου
δι' ὤτων δὲ συν —
τέτραινε μῦθον ἡσύχῳ φρενῶνβάσει Cho. 437 sq.

Quem locum iam recte vertit Pauvius: „Haec audiens animo infige, sermonem vero per aures acceptum sedato animi gressu perfora atque pertunde i. e. sedato animo considera.“ Insolens quidem est locutio, sed eam ob causam magis Aeschyli propria habenda est „sermonem perforare“ pro „diligentissime considerare“. Verum nos quoque similiter per ludibrium quidem loquimur „etwas im Gedächtnis festnageln.“ Jacobs imaginis granditatem et vivacitatem perdens pro βάσει coniecit βάθει, quam coniecturam Droysenius secutus est, cum vertat: „Durchs Ohr bohr tief dieses Wort ein in deines Herzens stillen Grund.“ τοιαῦτ' ἔλεξε κάρθ'

[1]) cf. Cic. or. 48 „mentis oculis videre.“

ὑπ' εὐθύμου φρενός Pers. 370 (laeto animo), quo loco et quo iure Hermannus, Dindorfius, Schutzius, Wellauerus εὐθύμου in ἐκθύμου „feroci impotenti animo“ mutaverint non video, cum praesertim non de superbiente Xerxe sed de rege dictum sit, qui temere servo a Themistotle misso eiusque consilio prolato credidit οὐ ξυνεὶς δόλον Ἕλληνος ἀνδρός (Pers. 359).

οἱ δ'οὐκ ἀκόσμως, ἀλλὰ πειθάρχῳ φρενὶ δεῖπνον τ'ἐποψύνοντο Pers. 372 (obedientes). Διὸς δυσπαραίτητοι φρένες Pro 34 (inexorabilis Iovis animus.) γάθουσα φρήν Cho. 753. ἀπενθὴς φρήν Ag. 859 (animus omni tristitia liberatus.) εὔτολμος φρήν Ag. 1256 (audax animus). τοία κακῶν ἔκπληξις ἐκφοβεῖ φρένας Pers. 604. εὔδοξος φρήν Cho. 295. μένει τὸ θεῖον δουλίᾳ περ ἐν φρενί Ag. 1037. μαίνεται γόοισι φρήν Sept. 945. μαινομένᾳ φρενί Sept. 467. φονολιβεῖ τύχᾳ φρὴν ἐπιμαίνεται Ag. 1381. γυναικόβουλαι μήτιδες φρενῶν Cho. 609. βαθύβουλος φρήν Pers. 142. δυσπαράβουλοι φρένες Suppl. 100. βούλιος φρήν Suppl. 579 (cogitat animus).

μέγας προφήτης ἀνοσίοισι συμμιγεὶς
θρασυστόμοισιν ἀνδράσιν βίᾳ φρενῶν
τείνουσι πομπὴν τὴν μακρὰν πόλινμολεῖν Sept. 595 sq.
Δήμητερ ἡ θρέψασα τὴν ἐμὴν φρένα
εἶναί με τῶν σῶν ἄξιον μυστηρίων fr. 146 ex Aristoph. Ran. 886. Aeschylus civis Eleusinius erat natu. Cereri igitur ibi celebratae inde ab incunabilis pio animo deditus erat.

Quatuor hac dictiones sunt, de quibus aptissime simul agimus: δελτογράφῳ δὲ πάντ' ἐπωπᾷ φρενί Eum. 271 (mens ipsa sibi factum adnotat). τοιαῦτ' ἀκούων ἐν φρεσὶν γράφου Cho. 437 (animo inscribe). αἰνῶ φυλάξαι τἄ μ' ἔπη δελτουμένας Suppl. 169 (verba mea animis vestris imprimite!) μνήμονες δέλτοι φρενῶν Pro 786 (memores tabulae mentis).

Recte Schützius ad locum Pro. 786 adnotat haec: „Tabellae ad scribendum aptae antiquitus triangulares erant et libri eodem modo compacti ad imaginem litterae Δ; inde δέλτοι dicebantur. De animo autem et ea illius vi, quam memoriam vocamus, tamquam de libro aut tabula, cui aliquid inscribendum est, loquitur Aeschylus his dictionibus

adlatis", quibus mens ipsa memoriae suae facta adnotare fingitur.

Vox synonyma φροντίς similiter usitatur his locis. βαθεῖα φροντὶς σωτήριος Suppl. 392 id. Suppl. 402. φροντίδα κεδνὴν καὶ βαθύβουλον θώμεθα Pers. 142 (probum prudensque consilium capiamus). καί με καρδίαν ἀμύσσει φροντίς Pers. 161 (sollicitudo cor meum mordet). φρόνημα legitur Cho. 315. φρόνημα τοῦ θανόντος οὐ δαμάζει (ut de gladiatore dictum). ὑπέρτολμον φρόνημα Cho. 579 Dictum grandissime invenis Suppl. 94 sqq. ἧμενον ἄνω φρόνημά πως

αὐτόθεν ἐξέπραξεν ἔμ —

πας ἑδράνων ἀφ' ἁγνῶν

ad quem locum Hermannus languidum esse dicit ἧμηνον, cum sequatur ἑδράνων ἀφ' ἁγνῶν. Itaque μνῆμον scripsit. Ego vero pulcherrimam poetae imaginem, qua mentem velut deam in alta sede sedentem effinxit, melius et vivacius pingi atque adeo tum demum splendide absolvi puto si potissimum ἧμενον tenemus.

κάρτερα φρονήματα Pro. 210. Διὸς φρόνημα λωφᾷ χόλου Pro 380 (mens iram cervicibus insidentem solvit i. e. Iovis ira desaevit). θυμός personam induit his locutionibus. σιδηρόφρων γὰρ θυμὸς ἀνδρείᾳ φλέγων ἔπνει, λεόντων ὡς Ἄρη δεδορκότων Sept. 52 (ferreus, durus animus spirat). κακόμαντις ἄγαν ὀρσολοπεῖται θυμὸς ἔσωθεν Pers. 10 (mala vaticinans nimium perturbatur animus meus). θυμὸς ὑμνῳδεῖ θρῆνον Ag. 951. θυμὸν ἀΐε Eum. 829, ut (precans mulier.) Ipsa anima velle particeps esse malorum dicitur Sept. 1017 hoc versu

τοίγαρ θέλουσ' ἄκοντι κοινώνει κακῶν

ψυχή, θανόντι ζῶσα συγγόνῳ φρενί.

νοῦς eiusque verba composita παράνοια, διάνοια huc pertinentia leguntur Cho. 723 ἐκεῖνος εὐφρανεῖ νόον (animo is vehementer laetabitur). Sept. 739 παράνοια συνᾶγε (insania scelestas nuptias adduxit). Recte dicit Schützius de Laii et Iocastae conubio cogitandum esse. Laium autem et Iocastam, quos non fugerit oraculi monitum, merito hic insanos et mente alienatos dici, quod humanis potius quam

divinis consiliis obtemperaverint. ἀσεβὴς διάνοια Sept. 813 (impia mens). χάρματα δ'ἀντιδιδοῖεν κοινοφιλεῖ διανοίᾳ Eum. 962 sq. (ex emendatione Hermanni, cum codices κοινωφελεῖ praebeant, quod metri causa ferri nequit) „gaudia potius sibi mutuo tribuant cives communi saluti operam navantes.“

Verba his cognata vitam ac mentem accepisse aut perdidisse illustratur his exemplis. κενεόφρονα βουλεύματα Pro 760 (consilia mente carentia i. e. vana consilia). οὔποτε τὰν Διὸς ἁρμονίαν θνατῶν παρεξίασι βουλαί Pro 547. βούλευμα μὲν τὸ Δῖον, Ἡφαίστου δὲ χεὶρ φάραγγι μώχμασαν Pro 618. τὰν Διὸς γὰρ οὐχ ὁρῶ μῆτιν, ὅπᾳ φύγοιμ' ἄν Pro 904 (Iovis enim calliditatem quomodo effugiam non video); ipsa mens ut hostis fingitur insidias parans. ἀναύδατον μένος Sept 873 (mutus animus). χαλινῶν ἄναυδον μένος Ag. 225 (vis vocem comprimens). φρενοπληγεῖς μανίαι Pro 876 (insania mentem percellens). ἐπικότοις μήδεσιν δαμεῖσα (Ἥρας) Pro. 600 (iracundis Iunonis consiliis perdomita). κουφόνους εὐηθία Pro. 387 (stolida simplicitas). Βαβυλὼν πέμπει σύρδην τοξουλκῷ λήματι πιστούς Pers. 57 (fingitur animus velut arcum tendens). ἱεροδόκα θεῶν λήματα Suppl. 349 (voluntas deorum libenter accipit oblata sacrificia). Quo loco Turnebus perverse scripsit λήμματα, quod etiam recentiores editores Schützium Wellauerum, Dindorfium, Kirchhoffium in textum recepisse, miror. Bene et scripsit et defendit, quod etiam codd. praebent λήματα, Hermannus.

Breviter iam de illis verbis agamus, quae affectus hominis experimentia agunt et cogitant ut ipse homo. Huc autem pertinent hi loci.

οἰκονόμος δολία, μνάμων μῆνις τεκνόποινος Ag. 153 (custos dolosa i. e. Clytaemnestra, memor ira poenam ob filiam exigens). τελεσσίφρων μῆνις Ag. 676 (strenua ira, voluntatem perficiens). Ἰοῦς μῆνις μάστειρα ἐκ θεῶν Suppl. 149 (ira investigatrix). παιδολέτωρ ἔρις ὀτρύνει Sept. 709. ἔριδι μαινομένᾳ Sept. 912. Atque inter ipsas deas numerari iram illustratur hoc loco, qui est Sept 1031. ἔρις περαίνει μῦθον ὑστάτη θεῶν νικᾷ ἔρις Eum. 953. δύσφρον στύγος Ag. 525. ἔγκοτον στύγος Cho. 381. δυσμάτωρ κότος Suppl. 63 (malae

matris ira) = δυσμάτορος κότος. Sequitur locus, de quo propter varias lectiones nobis traditas doctorum virorum dissensio nondum sublata est, qui invenitur Pro 382. ὀργῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι. Hermannus nisus imprimis Plutarchi loco, qui est in eius consol. ad Apollon. p. 102 B ψυχῆς γὰρ νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι, ὅταν τις ἐν καιρῷ γε μαλθάσσῃ κέαρ, pro ὀργῆς, quod codice Laurentiano traditur, substituit et in textum recepit ψυχῆς, quia ὀργή non videatur νοσοῦσα dici potuisse. Verbum ὀργῆς putat Hermannus ad vocem ψυχῆς explicandam, quoniam de ira sermo esset, facile adscribi potuisse, quod pro diversa scriptura habitum deinde expulso ψυχῆς in ὀργῆς mutatum esset. Equidem vero Hermannum non sequor. Ciceronem quidem iam Tusc. disp. III., 31 totum hunc locum (Aesch. Pro. 381—384) sic expressisse:

„Atqui Prometheu, te hoc tenere existimo,
Mederi posse rationem iracundiae,
Si quidem qui tempestivam medicinam admovens
Non adgravescens vulnus illidat manu,"

minimum est, quod Hermanni sententiae oppugnat. Ipsius vero loci sensus postulare mihi videtur, ut Prometheus non solum maxime iratus sed ira eius nimia et modum excedens intellegatur (cf. Pro. v. 438 sq.

μήτοι χλιδῇ δοκεῖτε μηδ' αὐθαδίᾳ
σιγᾶν με· συννοίᾳ δὲ δάπτομαι κέαρ,
ὁρῶν ἐμαυτὸν ὧδε προσελούμενον).

Sin vero cum Hermanno ψυχῆς tenemus, de solo dolente non simul etiam de indignabundo ob Iovis procax imperium Prometheo cogitandum est, id quod et vim verborum aufert et sententiam nimis tritam reddit, quam quae huic loco apta sit. Superfluum quoque est, quod Dindorfius coniecit ὀργῆς ζεούσης et in textum recepit. Consultius igitur visum est cum Kirchhoffio aliisque scripturam optimo codice traditam retinere.

Audacia ut ipse homo agens et sentiens laudatur his locis. ἐς μάχην ὁρμῶντες εὐψύχῳ θράσει Pers. 392. (animosa audacia, alacri animo ad pugnam ruentes.)

κρατοῦσα μὲν γὰρ οὐχ ὁμιλητὸν θράσος
δείσασα δ' οἴκῳ καὶ πόλει πλέον κακόν.

Sept. 172 sq. (audacia quacum consuetudinem habere non licet.) δαίμονα ἄμαχον, ἀπόλεμον, ἀνίερον θράσος Ag. 736. οὗτος (sc. Αἴγισθος) γὰρ ἡμῖν ἀσπὶς οὐ μικρὰ θράσους Ag. 1391. (fortitudo velut miles.)

οὐδ' εὖ πραπίδων οἴακα νέμων
θράσος ἑκούσιον
ἀνδράσι θνήσκουσι κομίζων. Ag. 766.

(vehens ad Troiam spontaneam audaciam mori volentibus viris.) acerbe dictum de mortifera expeditione. (Hermannus.) θράσος τίκτει φόβον Suppl. 481. νυκτὶ φρουρήτῳ θράσει Pro. 859. (audacia nocturnas insidias parante.) θάρσος ἵζει φρενὸς φίλον θρόνου Ag. 945. (fiducia animi sedem occupat.) θάρσει παρέσται μηχανὴ δραστήριος Sept. 1025. (fiduciae aderit efficatrix sollertia.) False hic Schützius et alii post θάρσει comma ponunt et imaginem pulcherrimam omnino auferentes verbo utuntur, ubi substantivum necessarium et par est.

His locutiones cognatas legimus Ag. 733. ὕβρις ὕβριν τίκτει [1]) Eum. 526. δυσσεβίας ὕβρις τέκος. (superbiam impia mens parit.) Suppl. 803 βλοσυρόφρων χλιδά. (terribilis superbia, superbia horrendae mentis.) Et ipsi magniloquentiae mens tribuitur Sept. 408

ὁ κόμπος οὐ κατ' ἄνθρωπον φρονεῖ.

Ut de victo ac prostrato gladiatore dictum legitur Sept. 777. πέπτωκεν ἀνδρῶν ὀμβρίμων κομπάσματα. (profligata cecidit hostium superbia.) ὑψηγόρα κομπάσματα Pro 364. (superbe loquens i. e. superba magniloquentia.) παλαιγενῆ γὰρ λέγω παρβασίαν ὠκύποινον Sept. 725. (prisca peccata.)

Ut audacia sic quoque huic contrarii affectus animi timor, ignavia, similes vitam et animam accipiunt. Legitur enim Sept. 174. ἄψυχος κάκη (exanimis ignavia). φόβος ἀνθ' ὕπνου παραστατεῖ Ag. 14. (adstat timor.) δέος παλαιὸν σοὶ

[1]) cf. Solon. fr. 8 τίκτει γὰρ κόρος ὕβριν, ὅταν πολὺς ὄλβος ἕπηται.

φρενῶν ἀνθίσταται Pers. 694. (antiqua mei reverentia animo tuo obsistit.) ἀψυχίᾳ γὰρ γλῶσσαν ἁρπάζει φόβος Sept. 241. (anxio meo animo pavor linguam abripit.) μάντις οὐξ ὀνειράτων φόβος. Cho. 922. ὀρθόθριξ φόβος δόμων ὀνειρόμαντις ἐξ ὕπνου κότον πνέων Cho. 31, de quo loco iam supra dictum est. φόβος ᾄδει καὶ ὑπορχεῖται Cho. 1021. μὴ φόβος σε νικάτω φρένας Eum. 88. φόβος μ' ἔχει φρένας Suppl. 481. χλωρὸν δεῖμα Suppl. 548. (pallidus timor.) δεῖμα προστατήριον καρδίας. Ag. 940.

Spem quoque personam inducere his apparet exemplis. ἐλπὶς ἀμύνει φροντίδ' ἄπληστον τὸν θυμοφθόρον λύπης φρένα Ag. 102. (spes ut pugnator.) τυφλὰς ἐν αὐτοῖς ἐλπίδας κατῴκισα Pro 253. βακχείας καλῆς ἰατρὸς ἐλπίς Cho. 679. (spes medica.) Spectat dictio ad Orestem, in aedibus debacchantis aestus medicam spem.

Desiderium viros amans dicitur πόθος φιλάνωρ Pers. 136 ipse deus fingitur Eum. 949 ὄμματα πειθοῦς. Ut militem armatum vides Pro. 648

Ζεὺς γὰρ ἱμέρου βέλει πρὸς σοῦ τέθαλπται.

Venimus ad locutiones, quibus dolor et cura exprimuntur. γείτονες δὲ καρδίας μέριμναι ζωπυροῦσι τάρβος Sept. 271. διπλαῖ μέριμναι διδυμανορέα κακ' αὐτόφονα Sept. 831. (geminae curae, fratres infelices), poetice dictum pro δίδυμοι ἄνδρες κακῶς ἀλλήλους φονεύσαντες (Schützius). Iidem fratres dicuntur Sept. 968 δύστονα κήδεα ὁμώνυμα.

Curae mens datur Ag. 100 μέριμνα κακόφρων (cura animum timore afficiens.) παίων τε γενοῦ τῆσδε μερίμνης Ag. 99. (cura ut aegrotus homo.) εὐπάλαμοι μέριμναι Ag. 1493. quo loco curae, rationi manus dantur.

Speciose dictum de gemitu velut cogitationes hostiles animo volvente invenitur Sept. 892 sqq.

δόμων μαλ' ἀχάεσσα τοὺς
προπέμπει δαϊκτὴρ γόος αὐ —
τόστονος, αὐτοπήμων

δαϊόφρων, οὐ φιλογα —
θής, ἐτύμως δακρυχέων
ἐκ φρενός, ἃ κλαομένας μου μινύθει
τοῖνδε δυοῖν ἀνάκτοιν.

Urbem percurrisse dicitur genitus Sept. 876. διήκει δὲ καὶ πόλιν στόνος.

„Ite querelae!" exclamat maesta Antigone Sept. 940 ἴτω γόος! „Ite lacrimae!"

Ismene Sept. 940 ἴτω δάκρυ!

Luctuosus avium clamor vocatur οἰωνόθροος γόος ὀξυβόας Ag. 56. ἄχη ὑπερβατώτερα[1]) τῶνδε Ag. 411. πένθεια τλησικάρδιος Ag. 413. (luctus animum affligens.) γόος τεχνοῦται Sept. 640. πολύδακρυς γόος Cho. 436. (gemitus ipse lacrimas effundens.) ψυχαγωγοῖς ὀρθιάζοντες γόοις Pers. 678. (planctibus animam elicientibus.) Duorum liberorum gemitus exclamat δίπαις θρῆνος ἀναστενάζει Cho. 326. θρῆνος σύμὸς βάλλει σε εἰς ἔχθραν Pro. 392. Acerbe dictum legitur Sept. 988 πῆμα πατρὶ πάρευνον, ubi ipsa miseria uxor Agamemnonis vocatur. πλανωμένη πρὸς ἄλλοτ' ἄλλον πημονὴ προσιζάνει Pro. 278. μεγαλόστονα σὰ πήματα Pro. 415. ἐγρήγορον[2]) τὸ πῆμα. Ag. 333.

Particula III.

Locutiones etsi propriae sunt de homine transferuntur in res inanimas extra hominem sitas.

Jam ad partem tertiam dissertationis pervenientes, illas dictiones breviter perscnseamus, quae etsi propriae sunt de homine, transferuntur in res inanimas extra hominem sitas. In quibus praecipue summam vim tragicam et magniloquentiam Aeschyli, cui sola par est Pindari sublimitas, cerni satis luculenter exemplis adlatis apparebit. Multa autem dicta huc spectantia sic

[1]) Nos quoque dicimus „Der Schmerz übersteigt alles."

[2]) Eadem translatione nos utimur, si dicimus „Ungluck schläft nicht." cf. Simonid. fr. 37 εὑδέτω δ' ἄμετρον κακόν.

optimo ordine pertractaturi esse videbimur, ut ab illis verbis incipiamus, quibus res, quae sub sensum non cadunt sed animo tantum et cogitatione formantur et comprehenduntur, velut homines atque ipsi dii finguntur, deinceps translationes de illis rebus inanimis usitatas, quae sunt in natura viventium instar et anima fruentium, perlustremus, tum quae res hominum manu, opera, consilio factae etsi vita carent, humanum tamen animum spirant, afferamus, denique verba, quae de vita hominis et usu cottidiano translate dicta inveniuntur, perstringamus.

§ 1. Ad primum vero hoc genus translationum perlustrandum iam accedentes quo maximopere anthropomorphismus, si licet dicere, Aeschyli in fingendis numinibus ipsis verbis expressus nobis occurrit, id ante omnia tenere debemus, nos pium deorum cultorem et summum poetam Graecorum audire loquentem, de quo praecipue Goethii nostri dictum valet: „Der Mensch begreift nicht, wie anthropomorphisch er ist.“

Atque Ἐρινύες quidem, quae apud Homerum nondum plane deorum personam induerunt, ubique apud nostrum poetam grandissimo spiritu inflatae ac numine praepotenti ornatae incedunt. Legtur enim Sept. 682. μελαναιγὶς Ἐρινύς (Furia atro scuto armata). μέλαινα[1]) Ἐρινύς Sept. 957.

πατρὸς εὐκταία Ἐρινὺς
τελεῖ γὰρ περιθύμους
κατάρας Οἰδιπόδα βλαψίφρονος Sept. 706 sqq.

(patris imprecationes ipsae Furiae appellantur.)

Ἐρινὺς πατρὸς ἡ μεγασθενής Sept. 70. μνήμονες Ἐρινύες Pro. 518. Ἐρινύος κλητήρ, προσπόλος φόνου Sept. 557. (Furiae evocator, minister caedis.) πότνια Ἐρινύς Sept. 864. (veneranda Furia.) βυσσόφρων[2]) Ἐρινύς Cho. 633. (alta

---

[1]) Notum est Graecos omnes deos inferos et pestiferos atros finxisse.

[2]) Hesychius s. v. βυσσόφρων· κάτωθεν ἐκ σπλάγχνων βουλευόμενος· καὶ ἐκ βυθοῦ φρονῶν.

mente consilia capiens.) καμψίπους[1]) Ἐρινύς Sept. 774. ὑστερόποινος Ἐρινύς Ag. 59.

Νύξ Eum. 317 mater Furiarum appellatur, ut ipsae Furiae Eum. 412 Νυκτὸς αἰανῆ τέκνα se esse praedicant et Eum. 413 apud inferos Ἀράς se vocari dicunt hoc versu:

Ἀραὶ δ' ἐν οἴκοις γῆς ὑπαὶ κεκλήμεθα[2])

Eum. 735 Νύξ μέλαινα μήτηρ, una ex Furiarum caterva dicit. Eum. 780. κόραι δυστιχεῖς Νυκτός. Eum. 829. θυμὸν ἄϊε μᾶτερ Νύξ. Eum. 1011. Νυκτὸς παῖδες ἄπαιδες[3]). Eum. 69. γραῖαι παλαιαὶ παῖδες (sc. Ἐρινύες).

Furiarum comites vocantur ἀραί, quae ut illae inter deas numerantur. τελευταῖαι δ' ἐπηλάλαξαν ἀραὶ τὸν ὀξὺν νόμον Sept. 928. πικρόγλωσσοι ἀραί Sept. 770. (acerbissimae dirae.)

τέκνοισιν δ' ἀρὰς
ἐφῆκεν ἐπικότους τροφᾶς Sept. 768 sq.
φίλου γάρ ἐχθρά μοι πατρὸς τελεῖ ἀρὰ
ξηροῖς ἀκλαύστοις ὄμμασιν προσιζάνει
λέγουσα κέρδος πρότερον ὑστέρου μόρου Sept. 678 sq.
μέλαινα καὶ τέλεια Οἰδιπόδα ἀρά Sept. 814.
περίθυμοι κατάραι Οἰδιπόδα βλαψίφρονος Sept. 707

---

[1]) cf. Hor. carm. III, 2, 31
Raro antecedentem scelestum
Deseruit pede poena claudo.

[2]) cf. Serv. qui Ἐρινύας et Ἀράς easdem quidem deas, sed alio apud alios nomine appellari dicit, in Verg. Aen. IV, 473 „Nam Dirae in caelo ut dicuntur geminae pestes cognomine Dirae, Furiae in terris, Eumenides apud inferos."

[3]) False hoc explicant Schuetzius et O. Muellerus „Furiae quae prole carent'. Cogitandum est de grandaevis (cf. Eum. 69. γραῖαι παλαιαὶ παῖδες). Et repugnat illa virorum doctorum opinio usui talium verborum, quae apud Aeschylum multa leguntur et ὀξύμωρα a grammaticis vocantur. Selegi ex eorum numero haec. νᾶες ἄναες Pers. 671. χάρις ἄχαρις Pro. 542. ἀπόλεμος πόλεμος ἀπόριμα πόριμος Pro. 902. Quibus omnibus dicitur id quod sunt re vera non esse. Itaque „naves quae naves non iam sunt i. e. perditae naves" νᾶες ἄναες Pers. 671 et Pro. 542 χάρις ἄχαρις „beneficium quod gratia caret i. e. valde ingratum beneficium" et ἀπόλεμος πόλεμος Pro. 902 „bellum quod non iam bellum est i. e. bellum maxime infestum". Ergo igitur etiam nostro loco παῖδες ἄπαιδες sunt liberi, qui non iam liberi sunt i. e. grandaevae Furiae.

(iratae amentis Oedipi dirae). ἐξέζεσεν γὰρ Οἰδίπου κατεύγματα Sept. 692. (imprecatio Oedipi effervescit.) ἀντιφόνων θανάτων ἀραί Sept. 867. (imprecationes mutuae caedis. ἴδετε πολυκρατεῖς ἀραὶ φθιμένων Cho. 394. (praepotentes dirae.)

δυσπάλαιστος τῶνδε δωμάτων ἀρά,
ὡς πολλ' ἐπωπᾷς κἀκ ποδῶν εὖ κείμενα Cho. 673 sq.

γενέθλιοι ἀραί Cho. 905. (De matris Clytaemnestrae diris cogita.)

His exemplis adlatis liceat adnotare, ἀράς (diras, imprecationes) semper quidem 'Ερινύας (Furias) comitantes a poetis celebrari, ut Soph. El. 111 iuxta 'Ερινύας ponitur ἀρά hoc versu

ὦ χθόνι' Ἑρμῆ καὶ πότνι' 'Αρά,
σεμναί τε θεῶν παῖδες 'Ερινύες,

duobus vero locis Aeschyleis Eum. 413.

'Αραὶ δ' ἐν οἴκοις γῆς ὑπαὶ κεκλήμεθα et Cho. 394 ἴδετε πολυκρατεῖς ἀραὶ φθιμένων ἀράς vel easdem vocari deas esse, quae 'Ερινύες sint. Praeterea conferas locum supra apud Servium in Verg. Aen. IV. 473 laudatum.

Deae his similes, quae attributis ab homine sumptis ornatae apud Aeschylum leguntur, sunt Ποιναί.

μᾶτερ, ἅ μ' ἔτικτες, ὦ μᾶτερ Νύξ, ἀλαοῖσι καὶ δεδορκόσι Ποινάν Eum. 317 (Mater, o mater Nox quae me peperisti mortuis et viventibus Poenam). βαρύδικος Ποινά Cho. 929. (graviter ulciscens poena). ἀντίκτονοι ποιναί Eum. 460 (caedes mutua). ποίνα ἐπέσται Eum. 535 (poena aderit). Punientes deae etiam δίκαι vocantur. Eum. 184 καρανιστῆρες ὀφθαλμωρύχοι δίκαι (vindictae capita abscindentes oculosque effodientes). et Eum. 468 ὀξυμήνιτοι δίκαι.

Deam vero omnium praepotentem, cui etiam summa Iovis potentia, sed non ita, ut ab illa dissentiat[1]), obnoxia est, fatum laudari ab Aeschylo cognoscimus his locis qui sunt Pro 547

---

[1]) cf. Herod. I, 91. τὴν πεπρωμένην μοῖραν ἀδύνατά ἐστι ἀποφυγέειν καὶ θεῷ. Recte hac de re agit Hartung „mythol. graec." III, 2 sqq., ubi eandem esse condicionem Jovis et Fati exponit, in qua sit rex legibus obstrictus, penes quem itemque extra quem ipsae leges sint. cf. Preller. „mythol. graec." I[3] p. 433. Ingeniosissime de hoc numine et similibus egit Lehrsius in libro suo „pop. Aufsätze."

οὔποτε τὰν Διὸς ἁρμονίαν θνατῶν παρεξίασι βουλαί, quo loco recte adnotat Scholiastes τὴν εἱμαρμένην. ὑψηλῶς καὶ τραγικῶς τὸ τῆς εἱμαρμένης ὄνομα Διὸς ἁρμονίαν εἶπεν. Pro 513. Μοῖρα τελεσφόρος (Parca perfectrix). Sept. 955. Μοῖρα βαρυδότειρα μογερά (Parca luctifera infelix). Eum. 329. Μοῖρ' ἐπέκλωσεν ἐμπέδως ἔχειν. (Parca perpetuum nobis munus tribuit.) Eum. 172. παλαιγενεῖς Μοῖραι. Pro 158. Μοῖραι τρίμορφοι μνήμονές τ' Ἐρινύες (Parcae Furiarum sorores;) idem Eum. 940. Μοῖραι ματροκασιγνῆται. Cho. 629. Αἶσα φασγανουργός (Parca gladium fabricans).

Ἄταν[1]) duram atque inexorabilem deam invenimus his locis

Pers. 109 sq. φιλόφρων γὰρ παρασαίνου —
σα τὸ πρῶτον παράγει
βρότον εἰς ἄρκυας ἄτα.

(Nam mitis primo blanditur pernicies seducens hominem in laqueos). Cogita de venatrice. In eundem sensum vergit locus qui est Pers. 105

δολόμητιν δ'ἀπάταν θεοῦ
τίς ἀνὴρ θνατὸς ἀλύξει;

(Insidiosam vero fraudem numinis quis mortalium evitet?) Pro. 1078. δίκτυον ἄτης. Pro. 1071. ἄτη θηρᾷ

Pers. 651. οὔτε γὰρ ἄνδρας ποτ' ἀπώλ —
λυ πολεμοφθόροις ἄταις.

Pers. 982. κακὸν οἷον δέδορκεν ἄτα.

Sept. 296 sq. τοῖσι μὲν ἔξω
πύργων ἀνδρολέτειραν
ἄταν ῥίψοπλον.

Sept. 669 μήτι σε θυμοπλη —
θὴς δορίμαργος ἄτα φερέτω.

(pernicies hasta saeviens). Cho. 62. διαλγὴς ἄτα Ag. 348. πανάλωτος ἄτα (omnia vincens), πρώταρχος ἄτη Ag. 1146 (princeps delictum). ταχεῖα δ'ἄτα πέλει Ag. 1078. πειθὼ προβουλόπαις ἄφερτος ἄτας Ag. 371. (Suada consultrix filia effrenata culpae). ὑστερόποινος ἄτα Cho. 371.

---

[1]) Apud Homerum Jovis filia vocatur Il. XIX, 91. πρέσβα Διὸς θυγάτηρ Ἄτη, ἣ πάντας ἀᾶται οὐλομένη.

ἐκ θεοῦ ἱερεύς τις ἄ —
τας δόμοις προσεθρέφθη, Ag. 709.

(poetico ornatu dictum = „auctor magnae calamitatis"). ἄτης θύελλαι ζῶσι Ag. 783

δαίμονα τὸν ἄμαχον, ἀπόλεμον
ἀνιερὸν θράσος μελαί —
νας μελάθροισιν ἄτας. Ag. 736 sqq.

κοννῶ δ' ἄταν γαμετᾶς οὐρανόνικον Suppl. 151 (agnosco noxam coniugis tuae omnium caelestium numine potentiorem). μένος ἄτης Cho. 1073. ἀντίφονοι ἆται[1]) Eum. 960 (mutuae caedes). δίλογχος ἄτη Ag. 621 (duas gerens hastas). ἀτρίακτος[2]) ἄτα Cho. 330 (calamitas ter prostrato adversario invicta).

Ad perniciem avertendam λιταί[3]) (preces) invocantur, quae precantium dearum munere funguntur his locis. κλύετε παρθένων κλύετε πανδίκως χειροτόνους λιτάς Sept. 157 (perces velut sublatis manibus ornantur). ὀξυγόοις λιταῖσιν Sept. 303. ἤρθην φόβῳ πρὸς μακάρων λιτάς Sept. 196. Ceteros locos Aeschyleos, ubi λιταί laudantur, omnes afferre non opus est, quippe quibus persona precibus data non statuenda sit.

Fortuna vero, dea boni malive eventus Homero plane ignota, apud Aeschylum legitur his locis. τύχη δὲ σωτὴρ ναῦν θέλουσ' ἐφέζετο Ag. 642 (Fortuna propitia, prospera) τύχᾳ εὐπροσωποκοίτᾳ (ex em. Herm.) Cho. 963 (Fortuna laeto vulto arridens). εὔπομπος τύχη Eum. 93. (bona For-

---

1) cf. Eum. 264 μητροφόναι δύαι „caedes materna."

2) cf. Lobeck. „Aglaoph." p. 354 „De verbo palaestrico τριάζειν nuper accuratius disseruit Philipp diss. de pentathlo p. 79, a quo hactenus dissentio, quod in Aesch. Ag. 171 (Kirchhoff. 160) τριακτήρ non simpliciter victorem sed tertiarium sive ephedrum interpretor, qui victorem aggreditur fessum integer et ἀποτριάζει αὐτόν, ut scholastes ait ἐπ' ἐλπίδι τῆς νίκης, id est, victoriam speratam ei eripit." Est igitur Cho. 330 ἀτρίακτος ἄτα non simpliciter invicta calamitas, sed quae velut πὺξ νενικηκὼς ter adversario prostrato atque superato victrix ex arena decessit.

3) Etiam hae deae, ut perniciosa Ἄτη, summi Jovis filiae nominantur apud Homerum Il, IX, 502 καὶ γάρ τε Λιταί εἰσι Διὸς κοῦραι μεγάλοιο et Ἄτης comites vocantur ibd. 504 αἵ ῥά τε καὶ μετόπισθ' Ἄτης ἀλέγουσι κιοῦσαι.

tuna). πειθὼ δ'ἕποιτο καὶ τύχη πρακτήριος Suppl. 505 (Fortuna perfectrix).

Vis adversa Fortunae cernitur Pro 632. πολύφθοροι τύχαι. ἐχθίων τύχη Pers. 436.

Huc quoque pertinet πότμος. οἴκων δ'ἄρ' εὐθυδίκων καλλίπαις πότμος ἀεί. Ag. 732. (Aedium iustitiam colentium aeterna bonorum liberorum sors est). Recte Schützius „Ex iustitia non alii nisi fausti et boni eventus nascuntur." διχόφρων πότμος Sept 875 = πότμος τῶν διχοφρόνων ἀδελφῶν „sors vel mors adversam voluntatem habens."

Δίκη, iustitiae dea apud Homerum nondum commemorata, primum praesens ac potens dea nobis occurrit apud Hesiodum op. et d. 256

ἡ δέ τε παρθένος ἐστὶ Δίκη, Διὸς ἐκγεγαυῖα
κυρδή τ' αἰδοίη τε θεοῖς οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν.

Eadem summi Iovis filia, quae ut ipsa est casta virgo, ita caste ius servat, apud Aeschylum nostrum et maiore potestate ornata occurrit nobis his locis. ἡ Διὸς παῖς παρθένος Δίκη Sept. 645.

ἔθιγε δ'ἐν μάχα χερὸς ἐτητύμως
Διὸς κόρα· Δίκαν δέ νιν
προσαγορεύομεν βροτοὶ τυχόντες καλῶς Cho. 940 sqq.
βωμὸν αἴδεσαι Δίκας Eum. 531.
ἢ πόλις βροτός θ' ὁμοί —
ως ἔτ' ἂν σέβοι Δίκαν Eum. 519.
οὐ γάρ ἐστιν ἔπαλξις
πλούτου πρὸς κόρον ἀνδρὶ
λακτίσαντι μέγαν Δίκας
βωμὸν εἰς ἀφάνειαν Ag. 367 sqq.
Δίκα ξύμμαχος Suppl. 380.
ἡ Δίκη συμμάχων παραστατεῖ Suppl. 329.
Δίκα δὲ τοῖς παθοῦσι
μαθεῖν ἐπιρρέπει. Ag. 237.

Ἄτη et Ἐρινύς una cum Δίκη invocantur Ag. 1386

μὰ τὴν τέλειον τῆς ἐμῆς παιδὸς Δίκην,
Ἄτην Ἐρινύν θ' αἷσι τόνδ' ἔσφαξ' ἐγώ.

Cum Furiis coniunctam esse iustitiam legimus Eum. 507. ὦ Δίκα, ὦ θρόνοι τ' Ἐρινύων. Ceteros locos de dea iustitiae a poeta nostro laudatos, cum nihil novi ex iis concludi possit, afferre supersedeo.

§ 2. Sed in his deis enumerandis iam ad translationes de illis rebus inanimis usitatas ducti sumus, quae sunt in natura viventium instar et anima fruentium. Et Furiarum quidem matrem supra a poeta noctem laudari legimus Eum. 317, 412, 735, 829, 1011.

Verum aliae quoque facultates et actiones nocti dantur, quae proprie solum hominem decent. Nam legitur. νὺξ ἐπῄει (nox accessit) Pers. 376. νὺξ ἐχώρει (nox processit) Pers. 382. νὺξ φιλία μεγάλων κόσμων κτεάτειρα Ag. 343 ἥτ' (sc. νύξ) ἐπὶ Τροίας πύργοις ἔβαλες στέγανον δίκτυον Ag. 344 (nox venatrix). κελαινῆς νυκτὸς ὄμμα Pers. 426. λαμπρὰ δὲ πανσέληνος ἐν μέσῳ σάκει πρέσβιστος ἄστρων, νυκτὸς ὀφθαλμὸς πρέπει Sept. 372.

ἕως filia εὐφρόνης (noctis) appellatur Ag. 252. εὐφρόνη τίκτει φῶς Ag. 266. νὺξ τίκτει ὠδῖνα κυβερνήτῃ σοφῷ Suppl. 736. ἡ ποικιλείμων[1]) νύξ Pro. 24, dictumgran dissime.

Dies describitur hac imagine pulcherrima, quae invenitur Pers. 384.

λευκόπωλος ἡμέρα
πᾶσαν κατέσχε γαῖαν.

De albis illis equis cogitandum est, qui diei currum vehunt. Noctem vero nigris, diem albis equis vehi notissimum est.

Sol et cetera sidera his celebrantur locutionibus. (αἱ Φορκίδες) ἃς οὔθ' ἥλιος προσδέρκεται ἀκτῖσιν οὔθ' ἡ νύκτερος μήνη ποτέ Pro 794. πανόπτας ἥλιος fr. 202. χρὼς ἀθάνατος ἡλίου fr. 202. πανόπτης κύκλος ἡλίου Pro 90. καλοῦμεν αὐγὰς

[1]) Similiter dicit Herder noster „St. d. Völker"
„Und die Nacht, des Tages Feindin,
Kam mit ihrem schwarzen Mantel."
cf. Hippon. fr. 31. παρ' ᾧ σὺ λευκόπεπλον ἡμέρην μείνας.

ἡλίου σωτηρίους Suppl. 203. ἐς νύκτ' ἀποστείχοντος[1]) ἡλίου Suppl. 735. οὐκ οἶδεν οὐδεὶς ὥστ' ἀπαγγεῖλαι τορῶς πλὴν τοῦ τρέφοντος ἡλίου χθονὰς φύσιν Ag. 610 sq. ὡς ἴδῃ πατὴρ οὐχ οὑμός, ἀλλ' ὁ πάντ' ἐποπτεύων τάδε ἥλιος Cho. 981 sq. φέγγον εὔφρον ἡμέρα δικηφόρου Ag. 1548. Speciose dictum de stellis legitur Ag. 4. ἄστρων νυκτέρων ὁμήγυρις[2]) (nocturna stellarum contio). λαμπροὺς δυνάστας ἀστέρας Ag. 6 (splendidos caeli reges). οὐρανίων ἄστρων δίοδοι Pro 1049 (caelestium siderum viae).

Ad eas locutiones nunc venimus, quibus terrae, mari, similibus facultates dantur, quae de solo homine propriae sunt. Itaque legitur ἰὼ γαῖα, μαῖα[3]) Cho. 41 (terra venerabunde mater appellatur). γαῖα, ἣ τὰ πάντα τίκτεται θρέψασά τ' αὖθις τῶνδε κῦμα λαμβάνει Cho. 121. παμμήτωρ γῆ Pro 90. σιδηρομήτωρ αἶα Pro 305. ὦ πότνια χθὼν καὶ πότνι' ἀκτὴ χώματος Cho. 703 (o alma tellus et venerabunde tumule!) μᾶ Γᾶ, μᾶ Γᾶ, βοᾶν φοβερὸν ἀπότρεπε Suppl. 857 (mater terra averte clamorum horrores!)

γῇ τε μητρί, φιλτάτῃ τρόφῳ·
ἡ γὰρ νέους ἕρποντας εὐμενεῖ πέδῳ
ἅπαντα πανδοκοῦσα παιδείας ὄτλον
ἐθρέψατ' Sept. 16 sqq.

γᾶ τρέφει δεινὰ ἄχη Cho. 572. αἶα τρέφουσα Eum. 58. γᾶ τρέφει μῆλα Eum. 924. χθονοτρεφὲς ἔδανον Ag. 1361 (virus quod terra aluit).

---

[1]) Eadem translatio subest illi Goethii nostri:
„Und steigt vor meinem Blick der reine Mond
Besänftigend herüber; schweben mir
Von Felsenwänden, aus dem feuchten Busch
Der Vorwelt silberne Gestalten auf,
Und lindern der Betrachtung strenge Lust."

[2]) cf. Bergk. „lyr. Graec." p. 1071 ἄστρων δορύπυρον στρατός.

[3]) Μαῖα secundum Hesychium matris honorifica appellatio est. Et recte iam scholiastes adscripsit ὦ γῆ μήτηρ et optimi codices praebent γαῖα μαῖα. Itaque valde miror Hermannum hoc ineptum vocare ipsumque et alios (Schuetzium, Wellauerum) in textum recepisse ἰὼ γαῖα, γαῖα.

Sequitur locus, de quo magna adhuc doctorum virorum discrepantia est, qui legitur Sept. 567 sqq.

μητρὸς δὲ πηγὴν τίς κατασβέσει δίκη;
πατρίς τε γαῖα τῆς ὑπὸ σπουδῆς δορὶ
ἁλοῦσα πῶς σοι ξύμμαχος γενήσεται;

Adnotat Scholiastes τὰ δάκρυα τῆς πατρίδος ποία παύσει τιμωρία; Ad quod Hermannus: „Patriam vero quis unquam simpliciter μητέρα vocavit? Si autem patriam simpliciter ita appellare licuisset, quis eam sic appellaturus esset, ubi statim sequeretur πατρίς τε γαῖα, tamquam diversum quid?“ et totum locum latine sic vertit: „Quis matrem iure occidat? Ita patria a te bello petita et vastata quomodo tibi amica sit.“ Sed non credo hanc interpretationem Hermanni rectam esse, et μητρὸς πηγήν esse maternum fontem, fontem matris, ex quo quis natus sit, frigidum dictum censeo. Teneo igitur cum Wellauero et aliis Scholiastae adnotationem, cum praesertim πηγήν significare δάκρυα (cf. Pro 404, Ag. 851) notum sit, et de patria alternis fratrum inimicitiis maesta cogitans sic verto: „Matris i. e. patriae vero lacrimas quodnam ius exsiccabit?“ Verborum ordinem plane dirimens, ut tota constructio dura sit et contorta, scribit Schützius μητρὸς δὲ πηγὴ τίς κατασβέσει δίκην; et explicat „matris vero caedis vindictam num fons aliquis restinguet?“

Grandissime dictum legitur Ag. 836 χθονὸς τρίμοιρον χλαῖναν[1]) λαμβάνειν (triplicem vestem terrenam inducre.)

Multis ad hunc locum adlatis exemplis ostendit Blomfieldius γῆν ἐπιέννυσθαι s e p e l i r i significare et χθονὸς χλαῖναν de terra corpori ingesta i. e. de sepultura dici.

Ipsa terra penetralia habens laudatur Pers. 622 σύ τε πέμπε χοὰς θαλάμους ὕπο γῆς,

Terram b i b e r e his cognoscitur exemplis. γαπότους δ᾽ ἐγὼ τιμὰς προπέμψω Pers. 619 (honores a terra hauriendos libabo).

---

[1]) Longo alio quidem sensu sed eadem metaphora dicit Platen noster: „Und Tellus wob ihr buntgewirktes Tuch.“

βασιλέοιν δ' ὁμοσπόροιν
πέπωκεν αἷμα γαῖ' ὑπ' ἀλλήλων φόνῳ Sept. 803.
δι' αἵματ' ἐκποθένθ' ὑπὸ χθονὸς τροφοῦ
τίτας φόνος πέπηγεν οὐ διαρρύδαν Cho. 60.

(Ex sanguine a terra matre hausto congelatus remansit cruor ultionem provocans non evanescens) γάποτος χύσις Cho. 90. γάποτοι χοαί Cho. 157.

Etiam levem pulverem bibere legimus his locis. κόνις αἷμα ἀνασπᾷ Eum. 637. χθονία κόνις πίνει μελαμπαγὲς αἷμα φοίνιον Sept. 719. διψία[1]) κόνις Ag. 473. Eleganter pulvis appellatur mutus exercitus nuntius his duobus locis. αἰθερία κόνις με πείθει φανεῖσ' ἄναυδος σαφὴς ἔτυμος ἄγγελος Sept. 81. ὁρῶ κόνιν, ἄναυδον ἄγγελον στρατοῦ Suppl. 170. Et Ag. 473 aridus pulvis germanus frater limi vocatur

μαρτυρεῖ δέ μοι κάσις
πηλοῦ ξύνουρος διψία κόνις τάδε,

ut Sept. 477 ater fumus celerrime evanescens frater ignis appellatur hoc versu: λιγνὺς μέλαινα, αἰόλη πυρὸς κάσις.

Ac speciose de πέτρα dicta leguntur his locis. πετραία ἀγκάλη σε βαστάσει Pro. 1018 (rupis brachia te abscondent). οἰόφρων πέτρα Suppl. 759 (rupes solitariam agens meditationem). πέτρᾳ λατρεύω Pro. 967 graviter ac sublimiter dictum pro „malo huic saxo affixus vivo.“

Benevolum calculum urnae imponere poetico ornatu dicitur pro „benevole de salute alicuius decernere“ Suppl. 166 ψῆφον εὔφρονα τίθεσθαι.

Muti acervi mortuorum i. e. sepulcra mortuis erecta docere homines dicuntur Pers. 809.

θῖνες[2]) δὲ καὶ τριτοσπόρῳ γονῇ
ἄφωνα σημανοῦσιν ὄμμασιν βροτῶν.

---

[1]) cff. Soph. Antig. 246. 429. διψία κόνις. Aristot. fr. 22 (Bergk. lyr. Graec.)

πάτρῃ ἐν 'Ορμενίῳ Εὐαίμονος ἀγλαὸν υἱόν,
Εὐρύπυλον κρύπτει δακρυόεσσα κόνις.

[2]) Hesychius s. v. θίς· ὄχθος· βουνὸς ἀμώδης. αἰγίαλος· θάλασσα. σωρὸς κυμάτων· τὸ κάτω βάθος τῆς θαλάσσης. ἢ ὀστέων σωρός θίς· ἀνάχωμα σωροειδής.

Segetis imbri laetae[1]) comparatio uno loco invenitur qui est Ag. 1345, ubi Clytaemnestra Agamemnonis caede laeta haec dicit: βάλλει μ'ἐρεμνῇ ψακάδι φοινίας δρόσου χαίρουσαν οὐδὲ ἧσσον ἢ διοσδότῳ (ex em. Porson.) γάνει σπορητὸς κάλυκος ἐν λοχεύμασιν Ag. 1345 sq. Plantarum germina oculos[2]) vocari patet ex loco qui est Eum. 921. φλογμὸς ὀμματοστερὴς φυτῶν . . . (nec solis ardor germina plantarum perdat!)

Vitis mater vini dicitur Pers. 612

ἀκήρατόν τε μητρὸς ἀγρίας ἄπο
ποτὸν παλαιᾶς ἀμπέλου[3]) γάνος τόδε.

Quercus fatidicae appellantur Pro. 830. προσήγοροι δρῦες. Inimicum venenum vocatur Ag. 798. δύσφρων ἰὸς καρδίαν προσήμενος.

Sed ut iam revertamur, unde digressi sumus, restat una translatio pulcherrima, quae legitur Pers. 616. Ibi enim flores terrae liberi vocantur hoc versu:

ἄνθη τε πλεκτά, παμφόρου γαίας[4]) τέκνα.

Simili nec minus speciosa metaphora pisces muti liberi maris appellantur Pers. 575

ἄναυδοι παῖδες τᾶς ἀμιάντου (sc. ἁλός).

Affectus quoque animi dantur terrae. Nam legitur γαῖ' δ'αἰάζει Pers. 903. γοᾶται δὲ γᾶ πάθος κατάπτυστον Cho. 615 (ex. em. Herm.) (terra Lemnia abominandum malum luget.) πᾶσα βοᾷ χθών Suppl. 563. αἰαδάα Pers. 268 (terra infesta). πολεμία χθών Sept. 571. εὐνοία χθών Sept. 991 (terra be-

---

1) cf Bergk. lyr. Graec. p. 852 κλάδοι γελῶντες.

2) Hanc metaphoram etiam in lingua latina inveniri cum aliis tum eo loco adparet qui est Verg. Georg. II, 73: „Nec modus inserere atque oculos imponere simplex.“ Nos quoque dicimus „oculieren“.

3) cff. Pind. N. IX. 52 νωμάτων φιάλαισι βιατὰν ἀμπέλου παῖδ'. Hippon. fr. 33 συκῆν μέλαιναν, ἀμπέλου κασιγνήτην.

4) Chaeremonem saepius eadem translatione usum esse iam monet Stanleio adnotante Athenaeus deipnos. libr. XIII, ubi haec adfert exempla: 'Ανθηροῦ τέκνα ἔαρος πέριξ στρώσαντες et ex alia fabula eiusdem poetae

ἔθεν μὲν αὐτῶν εἰς ἀπείρωνα στρατὸν
ἀνθέων ἄλογχον ἐστράτευσαν ἡδοναῖς
θηρώμενοι τὰ τέκνα λειμώνων.

nevola). ξύμφρων γᾶ Ag. 109. χώρα εὔφρων Suppl. 19. τό πος εὔφρων Suppl. 939.

Dictionibus de ipsa terra adhibitis adiicere liceat similiter dicta de singulis terris, urbibus, insulis quaeque res his cognatae sunt, usitata. Et primum quidem quasi servum se Hellespontum vinculis coerciturum sperasse dicitur Xerxes Pers. 736 sqq.

ὅστις Ἑλλέσποντον ἱρὸν δοῦλον[1]) ὡς δεσμώμασιν
ἤλπισε σχήσειν ῥέοντα, Βόσπορον ῥόον θεοῦ,
καὶ πόρρον μετερρύθμιζε καὶ πέδαις σφυρηλάτοις
περιβαλὼν πολλὴν κέλευθον ἤνυσεν πολλῷ στρατῷ
θνητὸς ὢν θεῶν δὲ πάντων ᾤετ' οὐκ εὐβουλίᾳ
καὶ Ποσειδῶνος κρατήσειν, et

Pers. 52. στεῦται δ' ἱεροῦ Τμώλου πελάται
ζυγὸν ἀμφιβαλεῖν δούλιον Ἑλλάδι.

Pers. 234. πᾶσα γὰρ γένοιτ' ἂν Ἑλλὰς βασιλέως ὑπηκόος.

Sept. 74. ἐλευθέραν δὲ γῆν τε καὶ Καδμουπόλιν
ζυγοῖσι δουλίοισι μήποτε σχεθεῖν.

Sept. 776. πόλις πέφευγε δούλιον ζυγόν. ἁγνᾶς Ἀσίας ἕδος Pro. 414. Asia ipsa dea dicitur. Ἀσὶς μηλοτρόφος Pers. 754. τίνα πόλις πονεῖ πόνον; στένει κέκοπται καὶ χαράσσεται πέδον Pers. 673. οὓς πέρι πᾶσα χθὼν Ἀσιᾶτις θρέψασα πόθῳ στένεται μαλερῷ Pers. 64 sq. πρόπασα στένει γαῖ' Ἀσιάς Pers. 546. πόλις βοᾷ[2]) Ag. 1060. βοᾷ ἐκκενουμένα πόλις Sept. 313. μὴ πόλις δαμασθῇ Sept. 748. τί πόλις ἄμμι πάσχει Sept. 141. στένει

[1]) Totum locum exscripsi, cum quatenus alii scriptores eandem rem narrantes ab Aeschylo decedant, inde cognoscatur. Et Herodotus quidem haec narrat VII, 35: ὡς δ' ἐπύθετο Ξέρξης δεινὰ ποιεύμενος τὸν Ἑλλήσποντον ἐκέλευσε τριηκοσίας ἐπικέσθαι μάστιγι πληγὰς καὶ κατεῖναι ες τὸ πέλαγος πεδέων ζεῦγος. ἤδη δὲ ἤκουσα, ὡς καὶ στιγέας ἅμα τούτοισι ἀπέπεμπε στίξοντας τὸν Ἑλλήσποντον. Juven. sat. X, 179 sqq.

Ille tamen qualis rediit Salamine relicta
in Corum atque Eurum solitus saevire flagellis
barbarus, Aeolio nunquam hoc in carcere passos,
ipsum compedibus qui vinxerat Ennosigaeum
mitius id sane; quid? non et stigmate dignum
credidit?

[2]) cf. Anakreon. fr. 100. πᾶσ' ἐπὶ πυρκαϊῆς ἦδ' ἐβόλησε πόλις.

πόλισμα γῆθεν Sept. 229 (gemit urbs inde a solo). στένουσι πυργοί, στένει πέδον φίλανδρον Sept. 877. Πριάμου πόλις γεραιὰ στένει Ag. 685. πρόπασα στονόεν λέλακε χώρα Pro 409. καὶ τὸ Κισσίων πόλισμα ἀντίδουπον ἄσεται Pers 120 (resonans urbs canet). πόλις Ἑλλάδος φθόγγου χέουσα Sept. 72 (urbs graeca lingua utens). πόλις γὰρ εὖ πράσσουσα δαίμονας τίει Sept. 77 (urbs deos colit). νῆσος πελειοθρέμμων Pers. 307 (columbas alens insula). Adnotante scholiasta Salamina insula intellegenda est. Salaminem vero insulam Veneris in tutela fuisse ex Homero discimus, unde probabile est, columbas summa cura incolas enutrivisse atque insulam iis abundare. Veneri enim sacra haec avis[1]). κελαινὸς δ' Ἄϊδος ὑποβρέμει μυχὸς γᾶς Pro. 435. (ater Plutonis recessus ingemescit) ἔρημος ὅδε ἀγείτων πάγος Pro. 273. (collis vicinis carens.) πλουτογαθὴς μυχός Cho. 785. (domus divitiis gaudens.) αἰπύνωτος Δωδώνη Pro. 828. (iuga praecipitia habens.) πενθεῖ δόμος Pro. 577. ἐνθουσιᾷ δὴ δῶμα, βακχεύει στέγη fr. 59. πένεσθαι οὐκ ἐπίσταται δόμος Ag. 926 δόμοι πάνδοκοι[2]) Cho. 643. (domus omnes recipientes.) δορύξενοι δόμοι Cho. 907. (hospitales domus.) ὀφθαλμὸς οἴκων Cho. 927. Orestes dicitur. ὄμμα γὰρ δόμων νομίζω δεσπότου παρουσίαν Pers. 169. ὄμμα πάσης Θησῇδος χθονός Eum. 1003. ἄναγε μάν, δόμοι Cho. 957. (erigite vos domus.)

Mare, unda, flumen epitheta hominem decentia acceperunt his locis: ζυγὸν ἀμφιβαλὼν αὐχένι[3]) πόντου Pers. 73. (mari cervices dantur.) πόντον ὥστε νωτίσαι[4]) ἰχθῦς Ag. 273. (mari tergum tribuitur.)

---

[1]) cf. V. Hehn „Kulturpflanzen und Hausthiere etc." ed. III. p. 297.

[2]) Sermoni vulgari tabernae vocantur πανδοχεῖα et ipsae mulieres, quae viatores domum recipiebant et praebitis cibis et potis eos reficiebant, ab Aristophane et aliis πανδοχεύτριαι appellantur.

[3]) cf. Bergk. lyr. Graec. p. 1076

Ξέρξης βαρὺν
ζεύξας θαλάσσης αὐχέν' Ἑλλησποντίας.

[4]) cf. Hom. Il. II, 159 Ἀργεῖοι φεύξονται ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης.

Aliae huc spectantes locutiones iam supra in parte prima dissertationis adlatae sunt.

De mari placido neque ventis turbato dictum legitur Ag. 544 πόντος εὗδει[1]). Contrarium invenis Suppl. 35 ἀγρία ἅλς (trux mare) φρόνημα νηνέμου γαλάνας Ag. 712. (Helenae mens placidae maris tranquillitatis tribuitur.)

Nutrire dicitur mare Ag. 923. θάλασσα τρέφουσα κηκῖδα (mare purpurum alens.) θαλασσία τε γῆς τινάκτειρα νόσος τρίαινα Pro. 923. mare et terra tamquam homines morbo laborantes finguntur. νόσος τρίαινα autem Neptuni tridens vocatur mare terramque concutiens malum.

Undis effigies hominis impressa est his locutionibus. Ac praecipuus in his videtur locus qui est Pro. 89. ποντίων κυμάτων ἀνήριθμον γέλασμα[2]). (maris undarum innumerabilis cachinnus.) quo quid pulchrius potest cogitari? Intellegendae autem sunt Νηρήϊδες, Nymphae marinae.

κῦμα γὰρ περὶ πτόλιν δοχμολόφων ἀνδρῶν
καχλάζει[3]) πνοαῖς Ἄρεος ὀρόμενον Sept. 110.

(unda cachinnat, fremit, murmurat.) κῦμα περὶ πρύμναν πόλεως καχλάζει Sept. 744. βοᾷ πόντιος κλύδων Pro. 433. βοᾷ γὰρ κῦμα χερσαῖον στρατοῦ. Sept. 64. ἄμαχον κῦμα θαλάσσης Pers. 90. (invictus maris fluctus) κοίμα κελαινοῦ κύματος πικρὸν μένος Eum. 818.

Dictionum de fluviis adhibitarum huc pertinent hae. ποταμοὶ πολύτεκνοι Suppl. 993.

---

1) cf. Simonid. fr. 37 κέλομαι δ' εὗδε βρέφος, εὑδέτω δὲ πόντος.

2) Videtur expressisse hunc locum Catullus XXXI, 14 „Ridete (lacus undae) quidquid est domi cachinnorum." cf. Theogn. 10 γήθησε βαθὺς πόντος.

3) cf. Anakreon fr. 90 μηδ' ὥστε κῦμα πόντιον λάλαζε. Valckenarius ad Eurip. Hippolyt. p. 293 subtilius quidem quam verius admonet, de hominibus cachinnos edentibus in usu fuisse καχάζειν, καγχάζειν et κακχάζειν, de undarum vero non leni tantum murmure, sed etiam commoti maris maximo fragore fluctuum albicantium littori καχλάζειν usurpatum esse.

Νεῖλος τρέφει Suppl. 271 id. 480. ἄλλους δέ μέγας καὶ πολυθρέμμων Νεῖλος ἔπεμψεν Pers. 34. ἔνθα ποταμὸς ἐκφυσιάμένος κροτάφ ιν ἀπ' αὐτῶν Pro. 718. (fluvius vim aquarum effundit.)

Similiter dicta de ipsa aqua apud poetam nostrum invenimus haec. ὕδωρ τὸ Νείλου νόσοις ἄθικτον Suppl. 543. (aqua ut homo aegrotare posse dicitur.) ὕδωρ τε Διρκαῖον, εὐτραφέστατον πωμάτων Sept. 290. ἀλφεσίβοιον[1]) ὕδωρ Suppl. 823. (de Nilo flumine boves alente cogita.)

Σπερχεῖος ἄρδει πέδιον εὐμενεῖ πότῳ Pers. 485. (benevolo potu.) ἀκοίμητον ῥεῦμα Pro. 139. non dormiens flumen.)

παγαί θ' ἁγνορύτων ποταμῶν
στένουσιν[2]) ἄλγος οἰκτρόν. Pro. 436.

λιβάσιν ὑδρηλαῖς παρθένου πηγῆς μέτα Pers. 611. (fons virgo.)

ἐρᾷ μὲν ἁγνὸς οὐρανὸς τρῶσαι χθόνα,
ὄμβρος[3]) δ' ἀπ' εὐνάεντος οὐρανοῦ πεσὼν
ἔκυσε γαῖαν· ἡ δὲ τίκτεται. fr. 45. (imber terram gravidam facit.)

Apponimus hic nonnulla dicta exquisitiora. Et de lacrimis quidem legitur Cho. 177. ἐξ ὀμμάτων δὲ δίψιοι πίπτουσι μοι σταγόνες. (aridae guttae.)

Speciose dictum de sanguine prae nimio angore ad cor recurrente invenitur Ag. 1075. ἐπὶ δὲ καρδίαν ἔδραμε κροκοβαφὴς σταγών. Ingeniosa quidem et valde probabilis videtur coniectura esse Keckii (in ed. Agam. sua p. 382). Nam scribit totum hunc locum difficillimum

ἐπὶ δὲ καρδίαν κροκοβαφὴς ἐμοὶ
σταγὼν χάζεται· θριὰ πτώσιμος
ξυνανύτει βίου δύντος αὐγαῖς et

sic intellegit: „Sanguis ad cor meum recedit; nam vatici-

---

[1]) Idem dicit adnotante Hermanno Alexander Aetolus in Parthenii „Eroticis" cap. 14 v. 8.

[2]) cf. Plat. fr. 12 (Bergk. lyr. Graec.) οἰκτείρασα θάλασσα.

[3]) Bergk. lyr. Graec. p. 1063 imber nubium infans dicitur ὄμβρος νεφελῶν τόκος.

nium ratum fit una cum vitae decessu. Celeriter autem irrumpit pernicies."

His addimus translationes, quibus αἰθήρ, αὖρα, κνέφας, ὁμίχλη, χειμών, ἄνεμος, ἠχώ vivi hominis instar agunt et sentiunt. Itaque legitur. δοριτίνακτος αἰθὴρ δ' ἐπιμαίνεται Sept. 140. (aether hastis percussus furit.) αἰθὴρ δ' ἐλαφραῖς πτερύγων ῥιπαῖς ὑποσυρίζει Pro. 125. (aether substridet.) ὑποσυρίζειν propria notione canere tibia significans apte hic translatum est ad exprimendum sibilum vel stridorem a corporibus, quae per aëra feruntur, excitatum. κραιπνοφόροι[1]) δέ μ' ἔπεμψαν αὖραι Pro. 132. (veloces nos aurae advexerunt) κνέφας λαμβάνει τέμενος αἰθέρος Pers. 363. Grandiloquum poetam vides Pro. 145

φοβερὰ δ' ἐμοῖσιν ὄσσοις
ὀμίχλη προσῇξε πλήρης
δακρύων.

(Oculis nostris horrore coorto offunditur nebula lacrimarum plena.) προσᾴσσειν lacrimas vehementer prorumpentes significat. χειμὼν οἰωνοκτόνος Ag. 541 quod Blomfieldius recte explicat sic: „aves interficiens hiems i. e. perfrigida, intolerabilis, nam avibus minus quam ceteris animalibus nocere frigus videtur." ἀνέμων ἄήματα εὐηλίως πνέοντ' ἐπιστείχειν χθόνα Eum 887. ὀμβροσφόροι ἄνεμοι Suppl. 35. ἄγριοι ἄνεμοι. Pro. 1045.

Echoi clamores bellicosi dantur hoc loco, qui est Pers. 386 sqq.

---

[1]) Notissima haec translatio legitur apud Horatium carm. I, 26.
„Musis amicus tristitiam et metus
Tradam protervis in mare Creticum
Portare ventis."

Et H. Heinius noster pulcherrime hunc locum imitatus est his versibus:

„Ich wollt', meine Schmerzen ergössen sich all' in ein einziges Wort,
Das gäb' ich den lustigen Winden, die trügen es lustig fort."

Eadem metaphora utitur Goethius noster Iph. I, 4:
„Du hast Wolken, gnädige Retterin,
Einzuhüllen unschuldig Verfolgte,
Und auf den Winden dem ehernen Geschick sie
Aus den Armen — zu tragen."

πρῶτον μὲν ἠχῇ κέλαδος Ἑλλήνων πάρα
μολπηδὸν ηὐφήμησεν, ὄρθιον δ' ἅμα
ἀντηλάλαξε νησιώτιδος πέτρας ἠχώ.

Venimus nunc ad multas grandesque illas translationes, quibus ignis cum homine comparatur. Quas priusquam enumeramus, hanc Schützii, viri doctissimi, sententiam ad Pro. 372 adscriptam a limine ut falsam reiicimus, cum Graecos ob eam imprimis causam, quod proprius quam nos a prima ignis inventione afuerint et notum sit homines qui primum ignem conspexerint animal esse credere, ignem velut vividum hominem finxisse dicat. Nam cum multis ex aliis metaphoris ab homine ductis tum ex his innatum sublime Graecorum et praecipue Aeschyli ingenium, quo omnia ad perfectissimam et ab omni parte absolutissimam formam humanam revocare conatus est, luculentissime apparet.

Atque ut a translationibus audacissimis incipiamus, legitur Pro. 1043. πυρὸς ἀμφήκης βόστρυχος (de fulmine cogita ut crines habente.) Ag. 293. φλογὸς μέγας πώγων[1]). (flammae splendor late flagrans ornate barba dicitur.)

φρόνημα τοῦ θανόντος οὐ δαμάζει
πυρὸς μαλερὰ γνάθος Cho. 315 sq.

(mentem defuncti non domat flammae vorax maxilla.)

ποταμοὶ πυρὸς δάπτοντες ἀγρίοις γνάθοις
τῆς καλλικάρπου Σικελίας λευροὺς γύας Pro. 372.

Etiam oculi dantur igni. Nam legitur Pro. 256.

---

[1]) Valckenarius ad Eurip. Phoin. v. 1261 ignium flammas saepius crines dici compluribus exemplis adlatis demonstrat. Apud Aeschylum nostrum inveniri hos duos locos Ag. 293 et Pro. 1043, quorum alterum locum imitatus est Euripides in Phrixo, id quod apparet ex Photii lexico πώγωνα πυρὸς τὴν ἀναφορὰν τοῦ πυρός· Εὐριπίδης Φρίξῳ. Huc quoque respicit Pollue. II, 88 „ἐν τῇ τραγῳδίᾳ πώγων πυρὸς ἡ εἰς ὀξὺ ἀναδρομὴ τοῦ πυρός.“ cf. Val. Flacc. I, 205

„Protulit ut crinem densis luctatus in extis
Ignis et adducit salientia viscera tauri.“

Simili metaphora utitur Arat. „phain.“ ἀστέρας κομόωντας stellas cometas vocans et Callimachus montem silvis ornatum dicens „ὄρος κεκομημένον ὕλῃ.“ In eodem simili etiam Catullus versatur. LXI, 98 sq. „Viden? faces aureas quatiunt comas.“

φλογωπὸν πῦρ. φλογῶπες ἀντολαὶ ἡλιοστιβεῖς Pro. 789. πυρωπὸν ἐκ Διὸς μολεῖν κεραυνόν Pro. 666.

Velut oculis privatae appellantur faces exstinctae Cho. 523. λαμπτῆρες ἐκτυφλωθέντες σκοτῷ.

Alia ornate dicta de igne inveniuntur haec. φάος οὐκ ἄπαππον Ag. 298. (ignis avo non carens i. e. aliunde iam veniens, non subito accensus.) παιδὸς δαφοινὸς δάλος ἥλιξ Cho. 571. De titione illa cogita, cui vis ea fuisse traditur, ut combusta ea Meleager simul periret. θυηφάγον κοιμῶντες εὐώδη φλόγα Ag. 375, ut de homine dormitum eunte dictum. Ζηνὸς ἄγρυπνον βέλος Pro. 362 fulmen vocatur.

Ignis omnium artium magister dicitur Pro. 7 παντέχνου πυρὸς σέλας et Pro. 110. πυρὸς πηγὴ κλοπαία, ἣ διδάσκαλος τέχνης πάσης βροτοῖς πέφηνε. Aliae facultates igni tribuuntur hae. λαμπάδες φαεσφόροι Ag. 467. λαμπάδες σελασφόροι Eum. 1000. πυρφόρος κεραυνός Sept. 427. λαμπὰς ἐγείρει ἐκδοχήν Ag. 286. λαμπὰς ὑποθρώσκει Ag. 284. πυρπνόον βέλος Pro. 916 (fulgur). πορευτὸς λαμπάς Ag. 274 (migrans flamma). πομποῦ πυρός Ag. 286. πυρὸς ὑπ' εὐαγγέλου Ag. 484. φρυκτὸς φρυκτὸν ἔπεμπε ὑπ' ἀγγάρου[1]) πυρός Ag. 269. τερπνὸν τόδ' ἐλθὸν φῶς ἐφήλωσε φρένας Ag. 470. (fefellit mentes.)

Ignis et mare, prius inimicissimi, coniurare et foedus inire dicuntur Ag. 628

---

[1]) Hesychius s. v. ἄγγαρος· ἐργάτης· ὑπηρέτης. ἀχθοφόρος. ἡ λέξις δὲ Περσική. [cf. Herod. VIII, 98. τοῦτο τὸ δράμημα τῶν ἵππων καὶ καλέουσι Πέρσαι ἀγγαρήϊον] σημαίνει δὲ καὶ τοὺς διαδοχῆς βασιλικοὺς γραμματοφόρους.

Laudatur hic locus noster in etym. magn. p. 7 Αἰσχύλος γοῦν ἐν 'Αγαμέμνονι τὸν ἐκ διαδοχῆς πυρσὸν ἀπ' ἀγγάρου πυρὸς ἔφη. Habet quidem nostro loco optimus codex Laurentianus ἀπ' ἀγγέλου, sed tamen id reiiciendum videtur, cum nimium glossam sapiat. Nam haud facile interpolator aliquis quamvis doctus tam insolens verbum, quod est ἄγγαρον πῦρ, huic loco inseruerit. Immo scriptor codicis Laurentiani raram hanc vocem non intellexit, pro qua tritam ἀπ' ἀγγέλου recepit. Quapropter rectissime omnes recentiores, quantum scio, editores insolentiorem dictionem hoc loco praetulerunt.

ξυνώμοσαν γάρ, ὄντες ἔχθιστοι τὸ πρίν,
πῦρ καὶ θάλασσα καὶ τὰ πίστ' ἐδειξάτην.

Fumus Iovis nubibus vicinus laudatur Suppl. 745 κάπνος νέφεσσι γειτονῶν Διός.

Cinis una cum divitiis commoriens dicitur Ag. 783 συνθνήσκουσα σποδὸς προπρέμπει πίονας πλούτου πνοάς.

§ 3. Sequitur, ut ordine proposito in id genus translationum inquiramus, quae de rebus hominis opera, manu, consilio factis adhibitae apud Aeschylum inveniuntur.

Et ipsa ars dicitur Sept. 26 ἀψευδὴς τέχνη (ars quae non mentitur). πολυεπεῖς τέχναι Ag. 1088 (multiloquae artes). τέχνη δ' ἀνάγκης ἀσθενεστέρα μακρῷ Pro 516.

De armis autem ut vivis militibus haec leguntur dicta. τόξου ῥῦμα τὸ νικῶν Pers. 147 (arcus tensio vicit eum). ἑκηβόλα τόξα Pro 709. δορυκράνου λόγχης ἰσχὺς κεκράτηκεν Pers. 149. Ad quem locum Scholiastae adnotatio non potest ferri τῆς ἀπὸ ξύλου κρανείας, quia δορύκρανος α longa hic metiendum et a substantivo ΚΡΑΣ derivandum est Scholiastaeque explicatio omnem vim poeticam huic locutioni grandissimae auferret. Itaque eadem metaphora hic est statuenda, quae legitur apud Pindarum P. I., 44 et N. VII., 71 χαλκοπάραος ἄκων, et de hasta velut aereo capite ornata ut de ipso gladiatore cogitandum est.

τοξουλκὸς αἰχμή Pers. 239. Recte dicit Schützius τοξουλκὸν αἰχμήν esse sagittam, quae ideo dicatur arcum tendens sive trahens, quia arcus non aliam ob causam tendatur quam ad sagittam emittendam βρωτῆρες αἰχμαί Eum. 791 (edaces, vastantes hastae). ἔγχη σταδαῖα καὶ φερασπίδες σάγαι Pers. 240. Schützius adnotat et in eundem sensum editores ad Hesychii vocem σταδαῖα· ἑστηκότα, ὄρθια haec: „ἔγχη σταδαῖα sunt hastae erectae quae solent in terram defigi“ cf. Hom. Il. κ 153 ἔγχεα δέ σφιν ὄρθ' ἐπὶ σαυρωτῆρος ἐλήλατο. Nescio igitur, num Wellauerus memor μάχης σταδαίας et loci qui est Sept. 496 Ζεὺς πατὴρ ἐπ' ἀσπίδος σταδαῖος ἧσται (Iuppiter statarius) recte verterit ἔγχη σταδαῖα hastas

ad pugnam statariam aptas. πληγὴ δορός Pers. 302. πολύπονον δόρυ Pers. 318 (telum multos labores excitans). δορίπινα κακά Sept. 611 (calamitates armis paratae). χεῖρα δ' οὐ βραδύνεται παρ' ἀσπίδος γυμνωθὲν ἁρπάσαι δόρυ Sept. 607, ut de nudo homine dictum. δύσορνις ἅδε ξυναυλία[1]) δορός Sept. 821 (Infausto omine ad pugnam congressi sunt). Cogitandum de Eteocle et Polynice, qui cum mutua arma sibi inferrent, eorum tela ut cohabitantia finguntur. δόμος ἅλα στέγων δορὸς ἀχείμαντον μ' ἔπεμπε σὺν πνοαῖς Suppl. 123. Recte Scholiastes ἡ ναῦς· „domus navis mari imposita nos vento secundo huc transmisit" Navis igitur ut homo in domo habitat. Liceat huc eos locos addere, quibus navis δόρυ[2]) vocatur. Qui sunt Suppl. 815. γομφόδετον δόρυ, Suppl 820. κἀς δόρυ[3]) Suppl. 974. πολὺς δὲ πόντος εἵνεκ' ἠρόθη δορί. Pers. 409. ἐπ' ἄλλην (sc. ναῦν) ἄλλος ἴθυνεν δόρυ. Pharetra dicitur οἰστοδέγμων θησαυρός Pers. 933. Clipeus vocatur hostilis Sept. 542 πολεμία ἀσπίς. κοιλογάστωρ κύκλος Sept. 479 (clipeus cavus). De gladio ornate dictum invenitur Sept. 710 sqq.

ξένος δὲ κλήρους ἐπινωμᾷ
χάλυβος[4]) Σκυθῶν ἄποικος
κτεάνων χρηματοδαίτας
πικρὸς ὠμόφρων σίδαρος
χθόνα ναίειν διὰ πύλας.

Scholiastes recte adnotat σεσωματοπεποίηκε τὸν σίδηρον ὃν φησι οὕτως ταῦτα κινεῖν κατὰ τῶν παίδων τῶν τὰ χρήματα δάσασθαι βουλομένων καὶ διὰ ταῦτα πολεμούντων.

---

[1]) Recte vertit H. Stephanus in lexico suo ξυναυλίαν cohabitationem τὴν συνάθροισιν δύο ἢ πλειόνων.

[2]) Et Homerus iam de navibus canit Il. β 135 καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε νεῶν.

[3]) Ipsa navis hasta maritima appellatur apud Pindarum P. IV, 27 et ibd. 38 εἰνάλιον δόρυ.

[4]) Chalybes Scytharum gens ferri fabri dicuntur Pro. 713 χάλυβες σιδηροτέκτονες et apud Verg. G. I, 58 „at Chalybes nudi ferrum ..." earumque terra vocatur Pro. 305 σιδηρομήτωρ αἶα.

πικρὸς λυτὴρ νεικέων
ὁ πόντιος ξεῖνος ἐκ πυρὸς συθεὶς
θηκτὸς σίδαρος Sept. 917 sqq.

Speciosissime dictum legitur Cho. 563 ποδῶκες χάλκευμα (celer gladius). Referendae sunt in hunc quoque numerum hae locutiones. ἀνδροκμῆς πέλεκος Cho. 882. γατόμος δίκελλα τέμνει ἄρουραν fr. 206. ἱππικῶν τ'ἀύπνων πηδαλίων διὰ στόμα πυριγενετᾶν [1]) χαλινῶν Sept 188 sq. (frena non dormientia vocantur, quae semper moventur.)

Alveus dolose interficiens dicitur δολόφονος λέβης Ag. 1083. ἀδαμαντίνου σφηνὸς αὐθάδης γνάθος [2]) Pro. 64 (adamantini cunei dens crudelis). Calceus servi vice fungitur Ag. 908. ἀρβύλαι, πρόδουλος ἔμβασις ποδός, σύριγγες οὐ σιγῶσιν ἀξονήλατοι Suppl. 171 (modioli rotarum, qui axi moventur, non tacent). ὑπ' ἀσπίδος δ'ἔσω χαλκήλατοι κλάζουσι κώδωνες φόβον Sept. 369 (tintinnabula clamant terrorem). ὑπέρφρον σῆμα Sept. 370 (superbum signum). βοὴ σάλπιγγος [3]) Sept. 377. Navem ut hominem agentem et sentientem fingi et aliis linguis satis probatur et his Aeschyli locutionibus ναῦς ἐν νηῒ χαλκήρη στόλον ἔπαισιν Pers. 406. αὐτοὶ δ'ὑφ' αὑτῶν ἐμβόλοις χαλκοστόμοις [4]) παίοντ' Pers. 413. αἱ δ' ὁμόπτεροι κυανώπιδες νᾶες μὲν ἄγαγον Pers. 557. κυανώπιδες νῆες Suppl. 709 (naves caeruleis velut oculis videntes i. e. quae proram cyano oblitam habent). καὶ φρῶρα πρόσθεν ὄμμασι βλέπουσ' ὁδόν Suppl. 682. Sceptrum vocatur πεισίβροτον βάκτρον Cho. 351, recte adnotante Scholiasta τὸ σκῆπτρον τὸ τοὺς

---

1) Ossian ferrum appellat „fornicis filium" audacissima metaphora: „das Eisen schwingend, den Sohn des Ofens." Eadem translatio subest huic loco, qui a Bergk. lyr. Gr. Critiae datur fr. 1.

τὸν δὲ τρόχου γαίας τε καμίνου ἔκγονον εὗρεν,
κλεινότατον κέραμον, χρήσιμον οἰκονόμον,
ἡ τὸ καλὸν Μαραθῶνι καταστήσασα τρόπαιον.

2) Similiter dicta de vomeris dente rudi invenimus apud Verg. G. II, 423 „ipsa satis tellus cum dente recluditur unco".

3) cff. Val. Flacc. III, 349 „luctificum clangente tuba." Stat. Theb. IV, 342 „clangunt signa tubae."

4) cf. Soph. Ai. 17, ubi idem epitheton sed de tuba legitur χαλκοστόμου κώδωνος ὡς Τυρσηνικῆς.

ἀνθρώπους πειθοῖ μᾶλλον ἢ βίᾳ διατάττον (sceptrum regium Agamemnonis, quo hominibus persuadetur [Todt]). τύραννα σκῆπτρα Pro 759. Ipsum imperium ut hostis capitur δυσάλωτος ἀρχὰ ἁλίσκεται Pro. 168. Providenter atque diligenter consulit imperium i. e. qui regnat Suppl. 666 προμαθεὺς εὐκονόμητις ἀρχά. Pro regibus, penes quos imperia sunt, honor ipse duo imperia tenens dicitur Ag. 43 δίθρονος καὶ δίσκηπτρος τιμή. Cogitandum vero de Agamemnone et Menelao regibus et de iisdem Ag. 108 Ἀρχαίων δίθρονον κράτος et Sept. 120 διογενὲς φιλόμαχον κράτος. Imperium urbem regens laudatur Cho. 857 ἀρχαὶ πολισσονόμοι. Solium fingitur sceptrum regens Suppl. 859 μονόσκηπτροι θρόνοι. Certamen ut armatum militem legimus Cho. 571. ξιφηφόροι ἀγῶνες et Cho. 710. ξιφοδήλητοι ἀγῶνες (certamina velut gladio pugnantia). Areopagus a dea Minerva institutus vocatur βουλευτήριον αἰδοῖον, ὀξύθυμον Eum. 694. Verecunde dicitur de lege πολιὸς[1]) νόμος Suppl. 643, lex bona benevola appellatur Suppl. 1001 θεσμὸς εὔφρων. Solium, quod vir tenet, celebratur his versibus:

δίκη γάρ ἐστι φωτὸς ἀρχηγοῦ τίειν
γυναῖκ' ἐρημωθέντος ἀρσένου θρόνου Ag. 246 sq.

Viae animo non placentes pavidae appellantur ὁδοὶ ἄθυμοι Eum. 760. Audacissime vero ipsae viae, quibus senex incedit, tripodes vocantur, cum de sene, qui baculo nitens tribus velut pedibus it, cogitandum est Ag. 80. τρίποδας[2]) ὁδοὺς στείχει.

§ 4. Superest, ut translate dicta ad vitam humanam et usum cottidianum pertinentia eaque quae in ordinem propositum referre non potuimus, enumeremus. Et bestiarum

---

[1]) De legibus ut vivis hominibus etiam cogitandum est Soph. Oed. R. 866

νόμοι ὑψίποδες οὐρανίαν δι' αἰθέρα
τεκνωθέντες, ὧν Ὄλυμπος πατὴρ μόνος

et Pind. fr. inc. 48 (134) νόμος ὁ πάντων βασιλεύς.

[2]) Hesiod. op. et d. 533 τρίποδι βροτῷ ἶσοι appellantur senes, quia flexo tergo eunt nec caelum spectantes terram intuentur.

quidem pullos παῖδας vocari cognoscitur ex loco qui est Ag. 49 sq.

οἵτ' (sc. αἰγύπιες) ἐκπατίοις
ἄλγεσι παίδων[1]) ὕπατοι λεχέων στροφοδινοῦνται.

Io divitur βοῦς εὔτεκνος Suppl. 265. Obedientia vero omnis beatitudinis mater salutisque pater dicitur Sept. 206 sq.

πειθαρχία γάρ ἐστι τῆς εὐπραξίας
μήτηρ, γονῆς (ex em. Herm.) σωτῆρος.

Pro 462. ἐξηῦρον αὐτοῖς γραμμάτων τε συνθέσεις
μνήμης ἁπάντων μουσομήτορ'[2]) ἐργάνην,

quo loco μνήμης est elegantissima Hemsterhusii coniectura, quam etiam Hermannus in textum recepit quamque ipse probo.

οἰωνῶν βασιλεύς opponitur βασιλεῖ νεῶν Ag. 112. ἡ σή, Προμηθεῦ, συμφορὰ διδάσκαλος Pro. 395. ἐκδιδάσκει κάνθ' ὁ γηράσκων χρόνος Pro. 980.

ἀμφί σοι πάθη
ὁρῶσα πλείω τοῦ ξυνεύδοντος χρόνου Ag. 858.

Recte explicat Blomfieldius „tempus quod inter dormiendum elabitur", nam plura somniantibus adparere solent quam quae eodem tempore vigilantibus accidere possint. Modum vero excedere mihi videtur Keckius, cum eundem sensum extorquens ad hunc versum adnotet: „ξυνεύδοντος χρόνου ist nicht nur nicht aeschyleisch, sondern sinnlos, denn es gehört ja eben zum Wesen der Zeit nie zu rasten und zu schlafen" et Karstenii coniecturam probet et recipiat ξυνᾴδοντος χρόνου. Perverse Keckium eam ob causam praecipue dixisse, puto, quia et alia eiusmodi epitheta tempori dantur, quae solum hominem decent. Nam legitur quoque χρόνος παρήβησεν Ag. 946 (tempus defloruit).

---

[1]) Hac translatione iam utitur Homerus Il. β. 32 ἔνθα δ' ἔσαν στρουθοῖο νεοσσοὶ νήπια τέκνα.

[2]) Optime comparat cum hoc loco Schuetzius Livii verba VI init. „Et rarae per eadem tempora litterae fuere una custodia fidelis memoriae rerum gestarum."

ὁ γηράσκων χρόνος Pro. 980. χρόνος καθαιρεῖ πάντα γηράσκων ὁμοῦ Eum. 282, qui quidem versus praeeunte Musgravio et probante Hermanno etiam mihi spurius videtur esse. Ag. 216. αἰὼν παρθένιος dicitur pro αἰὼν παρθένου. Somnus personam ac vitam accipit his locis, qui sunt Eum. 127

ὕπνος πόνος τε κύριοι συνωμόται
δεινῆς δρακαίνης ἐξεκήρανον μένος.

ὕπνῳ κρατηθεῖσα[1]) Eum. 148. ὕπνῳ δ' ἁλοῦσαι τάσδε τὰς μάργους ὁρᾷς Eum. 67. Mors se ipsam interficiens i. e. mutua caedes legitur Sept. 664. ἀνδροῖν ὁμαίμοιν θάνατος ὧδ' αὐτοκτόνος. Huc quoque pertinent locutiones hae. τρέμω αἱματηφόρους μόρους ὑπὲρ φίλων ὀλομένω ἰδέσθαι Sept. 402. μόρος αὐτὸν ἀπεστέρησεν τοῦ ζῆν Pro. 680. δορικανεῖ μόρῳ θανών Suppl. 954 (infesta caede necatus). Ἐρινύος κλητῆρα, προσπόλον φόνου Sept. 557 (caedis ministrum). γέρων φόνος μηκέτ' ἐν δόμοις τέκοι Cho. 789. Divitiae et quae iis contraria sunt vivum hominem induunt his locis. μέγας πλοῦτος κονίσας οὖδας ἀντρέψῃ ποδὶ ὄλβον Pers. 163. ὁ ὄλβος οὐκ ἄπαις θνήσκεται Ag. 724. ὄλβος τεκνοῦται Ag. 723. καὶ τῷδε κέρδει κέρδος ἄλλο τίκτεται Sept. 420.

κοὐδέπω κακῶν
κρηπὶς ὕπεστιν, ἀλλ' ἔτ' ἐκπαιδεύεται Pers. 805.

Sic versus traditur codicibus itaque iam Scholiastae legerunt adnotantes ad h. l. αὔξεται τὰ κακά, εἰς παιδείαν ἐκείνων αὐξάνεται τὰ κακά. Schützius vero ingeniosissime, cum imaginem petitam esse dicat ex natura fonticuli aut putei, qui non prius exhauriatur quam ad fundum perveneris, ἐκπιδύεται legi vult, quam coniecturam elegantissimam etiam Porsonus, Dindorfius, Wellauerus, Blomfieldius probaverunt et in textum receperunt. At contra Hermannus κρηπῖδα fundum significare negans neque congruere Schützii ἐκπιδύεται cum sententia loci, quia non scaturire fons malorum dicendus esset, sed aut adolescere aut generari malum contendens ἐκμαιεύεται coniecit. Quod vero probare non possum, nam omnia mala Persis ingruentia futuro demum tempore nasci nec verum est, cum iam permultas atque

[1]) Nos quoque dicimus: „Der Schlaf überwältigt mich."

grandissimas calamitates perpessi essent Persae, nec id quod tum opus esset, κρηπῖδα, etsi Hesychius s. v. κρηπῖδα adnotat καὶ περὶ τὴν ἀρχιτεκτονίαν τῆς κτίσεως, ἐφ' οὗ οἱ στυλοβάται· ἀπὸ ταύτης οἱ ποιηταὶ τὰς καταρχὰς καὶ θεμελίους λέγουσιν. initium hic significare potest. Itaque non haesito Schützio assentiri, cum imprimis versu paullo antecedente (v. 734), ubi legitur πηγὴ κακῶν, eadem imago inveniatur.

τό τοι κακὸν ποδῶκες[1]) ἔρχεται βροτοῖς fr. 363. μή σε νικάτω πόνος Eum. 133. μνησιπήμων πόνος Ag. 167 (angor ex recordatione malorum) (Blomfieldius). δεμνιοτήρης πόνος Ag. 53 (lectum custodiens cura). πόνος ἐγγενής Cho. 453 (cognatum malum, malum nostrum). εὔφρων πόνος Ag. 770 (gratus labor). μόχθοι ἀνδροκμῆτες Eum. 246. τῷ πονοῦντι δ'ἐκ θεῶν ὀφείλεται τέκνωμα τοῦ πόνου κλέος fr. 377. His addimus translationes de bello, fuga similibus adhibitas. πόλεμοι πυργοδάϊκτοι Pers. 96 (bella urbes scindentia, expugnantia). πόλεμοι αἱματόεντες Suppl. 1011 (cruenta bella). ἀνδροθνῆτες Ἰλίου φθοραί Ag. 778 (pernicies qua moriuntur homines, Troiae perversio cum virorum caede coniuncta) (Todt). ἁρπαγαὶ διαδρομᾶν ὁμαίμονες Sept. 334 (rapinae sorores discursantium). στάσις κατολολυξάτω Ag. 1071 (seditio eiulet!) ἀναίμακτοι φυγαί Suppl. 186 (fuga sanguine non spersa). διαδρόμοι φυγαί Sept. 174 (discursantes fugae). πολύδρομος φυγά Suppl. 703. αὐτογενεῖ φυξανορίᾳ Suppl. 8 ex emendatione Bambergeri, qui hanc recte defendit in diar. antiq. a. 1839 p. 878. Hermannus hanc coniecturam in textum recepit, quae mihi quoque arridet. τηλέπλανοι πλάναι Pro. 573. πολύπλανοι πλάναι Pro. 583. πολυφθόρος πλάνη Pro. 818. Factum agens et sentiens fingitur his locis. Suppl. 84. πίπτει δ' ἀσφαλὲς οὐδ' ἐπὶ νώτῳ πρᾶγμα (imago de fortiter certante gladiatore ducta). δυσπάλαιστα πράγματα Suppl. 451. τὸ δυσσεβὲς ἔργον πλείονα τίκτει Ag. 728. (impium facinus parit magis impia). πρᾶγμα νικηφόρον Eum. 473. Vis epithetis, quae de solo homine propria sunt, ornata dicitur, Ag. 1426 κράτος ἰσόψυχον (robur pari animo

[1]) cf. illud Schilleri nostri: „Und das Unglück schreitet schnell.“

praeditum). ἀδήριτον σθένος Pro. 105 de gladiatore sumpta est imago, eadem quae legitur Pers. 882 ἀκάματον σθένος (insuperabile robur). βίαν ἐξοπλίζειν Suppl. 92 (vim armis induere). κράτος ἀντίπαλον Pro. 531. Doli vocantur eadem metaphora ex re gladiatoria sumpta δυσπάλαμοι δόλοι Eum. 831 (doli qui difficile superantur). Morbi ut hostes finguntur his locutionibus.

νόσους σαρκῶν ἐπαμβατῆρας ἀγρίαις γνάθοις
λειχῆνας ἐξέσθοντας ἀρχαίαν φύσιν Cho. 269 sq.

(morbi in corpus ut hostes irruunt). νόσοι ἐπίβουλοι Suppl. 571 (morbi infesti).

ἔδειξα κράσεις ἠπίων ἀκεσμάτων,
αἷς τὰς ἁπάσας ἐξαμύνονται νόσους Pro. 484 sq.

(morbos velut irruentes hostes a se defendunt).

νόσων ἑσμὸς ἀπ' ἀστῶν
ἵζοι κράτος ἀτερπής Suppl. 652.

Eleganter dicitur morbus valetudinis vicinus νόσος γείτων[1]) ὑγιείας Ag. 960. Impetigo foliis et liberis carens dicitur Eum. 775. λειχὴν ἄφυλλος ἄτεκνος. Similes his dictiones leguntur hae. ἀνδροκμὴς λοιγός Suppl. 648 (pernicies viros interficiens). βοᾷ λοιγός Ἐρινύν Cho. 390 (caedes vocat Furiam). λοιμὸς πόλιν κενοῖ Suppl. 630 (pestis urbem perdit). ὁ δυσφιλεῖ σκότῳ λιμὸς ξύνοικος σφ᾽ ἐπόψεται Ag. 1612 (fames tenebrarum, tenebricosi carcere collega) „fame et carcere te vincam.“ ἄφρων λύμα Eum. 368 (demens pernicies). Alia nomina per omnem quidem sermonem dissipata, quae ex abstracta[2]) notione concretam induerunt, hic quoque apponenda sunt haec. διπλοῦν μέτωπον ἠνδυοῖν στρατευμάτοιν Pers. 711 de duplice acie cogitandum. ἑτερόφωνος στατός Sept. 154. φύλαξαι τὸν μουνῶπα στρατὸν Ἀριμασπόν

---

[1]) In eodem simili versatur Ariphron fr. (Bergk. lyr. Gr.) his versibus:

ὑγίεια πρέσβιστα μακάρων, μετὰ σεῦ ναίοιμι τὸ λειπόμενον
βιοτᾶς, σὺ δέ μοι πρόφρων σύνοικος εἴης.

[2]) Multa de his et similibus docte dicta attulit Rüter „de metonymia abstractae etc.“

Pro 802. λόχος εὕδει γυναικῶν Eum. 46. θηλυγενὴς στόλος Suppl. 28 (muliebris caterva, caterva mulierum). ὄχλος ὑπασπιστὴς καὶ δορυσσόος Suppl. 172 (manus hastis et telis armata). Vita oculis privata dicitur Eum. 935 βίος ἀμβλωπός. Eleganter dictum de puellarum vita, quae maritum nactae sunt, legitur Eum. 939. ἀνδροτυχεῖς βίοτοι (vita velut puella). Dicta de actionibus et facultatibus hominis translate adhibita haec addenda sunt. χοὰς προπομπὸς ὀξυχειρίσὺν κόπῳ Cho. 23 (ictus celeri manuum motu editus). ἡμέτεροι ἔφοδοι μελανείμονες Eum. 361 (invasiones nostrae velut pulla veste indutae) dictum audacissime. ὁσιόφρων λύσις καββασίας (ex em. Herm.) Suppl. 794. μονόψηφανεύματα Suppl. 358. Iuppiter suo unius arbitrio decernens nuendo iubens dicitur elegantissime. ἀσθενὴς σόφισμα Pro. 190 (ars debilis). εὐχαὶ σώφρονες Suppl. 676. ὀσμὴ βροτείων αἱμάτων με προσγελᾷ Eum. 251 (odor arridet mihi). Audacissima locutio de precibus Ixionis, qui primam caedem perfecerat, invenitur Eum. 708. πρωτοκτόναι προστροπαὶ Ἰξίονις (ipsae preces caedem perfecisse dicuntur). εὔφρων αἶνος Suppl. 517 (laus benevola). ἀεὶ γὰρ ἡβᾷ τοῖς γέρουσιν εὖ μαθεῖν Ag. 562 (Nulla est senectus discendi meliora i. e. nemo adeo senex est, quin se docendum meliora praebere possit) (Blomfieldius).

Multis his translationibus appositis et singulis percensis quamquam saepissime Aeschylum nostrum, ut orationem ornaret decoraretque, translatis dictionibus usum esse patet, tamen in illud quod in nimia translationum copia et rerum tumore sententiarumque vanissimo strepitu cernitur et maximum esse vitium in adhibendis tropis omnes veteres conclamant, non incidit. Nam quod recte praecipit Quintilianus VIII, 6, 14 „ut modicus atque opportunus eius usus illustrat orationem, ita frequens et obscurat et taedio complet, continuus vero in allegorias et aenigmata exit“ idemque VIII, 5, 34 „ego vero haec lumina orationis velut oculos quosdam esse eloquentiae credo. Sed neque oculos

esse toto corpore velim, ne cetera membra officium suum perdant; et si necesse sit, veterem illum horrorem dicendi malim quam istam novam licentiam" et Cic. de or. III, 25, 96 „ut oratio conspersa sit quasi verborum sententiarumque floribus, id non debet esse fusum atque aequabile per omnem orationem, sed ita distinctum, ut sint quasi ornata, disposita quaedam insignia et lumina": id praeceptum Aeschylum etiam in hac specie translationum ab homine ductarum secutum esse concedere debemus. Et si in adhibendis his metaphoris permultas quidem et plures quam ex alio genere sumptas in Aeschyli fabulis invenimus, id tenere debemus, graecum poetam esse Aeschylum eumque ingenii maxime grandis et sublimis, ita ut valde haesitem in hac re Quintiliano, acutissimo illi et doctissimo iudici assentiri, qui modum excessisse mihi videtur, cum dicat X, 1, 66 „Tragoedias primus in lucem Aeschylus protulit, sublimis et gravis et grandiloquus saepe usque ad vitium, sed rudis in plerisque et incompositus, propter quod correctas eius fabulas in certamen deferre posterioribus poetis Athenienses permiserunt suntque eo modo multi coronati" neque recte de eo contendisse Bernhardium iudicem, qui („Grundr. der griech. Litterat." II, 2. p 243. Halle 1859) in imaginibus omnibus eum modum quem recta artis intellegentia praescriberet Aeschylum excessisse et in hac re prope ad Orientalium morem accessisse dicit, quod cum Dahlgrenium quoque in dissertatione sua „de Aeschyli metaphoris et similitudinibus etc." p. 14 iudicasse videam iuvat me et iudicium meum confirmat.

Caput II.

De translationibus ab homine petitis apud Pindarum.

„Novem vero lyricorum longe Pindarus princeps spiritus magnificentia, sententiis, figuris, beatissima rerum verborumque copia et velut

quodam eloquentiae flumine; propter quae Horatius eum merito credidit nemini imitabilem."

Qint. X, 1, 61.

Ad alteram iam partem dissertationis accedentes primum dicemus de translationibus, quae a singulis corporis partibus et membris sumptae sunt, tum de illis rebus, quibus vita quaedam tribuitur atque humanus animus, agemus, tertium locutiones ab actionibus singulis et facultatibus, quae proprie hominem decent, petitas afferemus, denique metaphoras ab hominis vestibus ductas adiiciemus.

§ 1. Atque ad primum genus tendentes has invenimus metaphoras apud Pindarum. Vox κορυφή[1]), qua prima notione vertex et summa pars corporis humani indicatur, ad summum quodvis significandum in deliciis Pindari usitatur. Legitur autem κορυφὰ ἀρετᾶν O. I, 13 id. N. 1, 34[2]). κορυφὰ ἀέθλων O. II, 11 id. N. X, 32. κορυφὰ ἄθλων ἱππίων N. IX, 9. κορυφὰ κτεάνων O. VII, 4. ὀρθὰ κορυφὰ λόγων P. III, 80. κορυφὰ παντός P. IX, 79. Αἴνας μελάμφυλλοι κορυφαί P. I, 27 et ipsum verbum κορυφοῦσθαι. τὸ δ' ἔσχατον κορυφοῦται[3]) ἐν βασιλεῦσι O. I, 113. In omnibus igitur his exemplis vides hanc vocem ita usitatam, ut virtus eximia exprimatur et summus splendor, quo fulgere aliqua res perfectissima dicatur. Similem in sensum vergit vox κεφαλή[4]), quae legitur P. XI, 35 hoc versu

ὁ δ' ἄρα γέροντα ξένον
Στρόφιον ἐξίκετο, νέα κεφαλά[5]),
Παρνασοῦ πόδα ναίοντ',

ubi νέα κεφαλά sc. ὤν significat „tenera aetate." P. IV, 116 ἀλλὰ τούτων μὲν κεφάλαια[6]) λόγων ἴστε. (totum meum

---

1) Hesychius s. v. κορυφή· κεφαλή· λόφος· ἀκρωτήριον.

2) Numeri locorum laudatorum adiecti sunt ex editione altera Pindari carminum a. G. F. Schneidewino curata (Lipsiae 1865).

3) cf. Hom. Il. IV, 426 κῦμα θαλάσσης κορυφοῦται.

4) Hesychius s. v. κεφαλή· τὸ σύνηθες καὶ ὄνομα. σῶμα. ψυχή. ὕψος.

5) cf. Schilleri nostri in fabula, quae inscribitur „Die Braut von Messina" fin.: „Du Bruder rette dein geliebtes Haupt."

6) cf. Aesch. Cho. 515 λόγος καρανοῦται.

sermonem et quod caput eius sit haud ignoratis.) Notabilior est haec locutio, quae legitur P. XII, 23 κεφαλᾶν πολλᾶν νόμος. Intellegendus est hoc loco modulus quidam tibia canendi, quem Minerva dea de arte musica optime merita et nobilitata ad imitandum sibilum et stridorem anguium in crinibus Gorgonum[1]) repentium, cum Perseus Medusam ipsam capite truncatam necasset, excogitaverat. Ex eadem fabula originem huius artis ducit Plutarchus de music[2]). cap. 7, ubi hunc canendi modum νόμον πολυκέφαλον appellat. Omnes autem illi errare mihi videntur, qui hoc loco (πολλᾶν κεφαλᾶν νόμος) de viris quinquaginta cogitant, ex quibus constans chorus modulante tibicine carmen canit, cum vehementer dubitem, num hoc sensu κεφαλή, quippe quae ad vocem virorum tendat, dici possit. Neque probandum est, quod alii ad hunc locum adnotant, hac voce προοίμια i. e. eos cantus, qui ante agendam fabulam canantur, significari. Vocem vero ὀφθαλμόν ita usitatam invenimus. ὀφθαλμὸς Σικιλίας O. II, 10. Hoc epitheto clarissimi Theronis maiores appellantur, qui iusta ac prudenti moderatione Sicilium ad fastigium laudis et gloriae tollerent.

διχόμηνις ὅλον χρυσάρματος
ἑσπέρας ὀφθαλμὸν[3]) ἀντέφλεξε Μήνα O. III, 20.

Plena luna eam ob causam hic posita est, cum pridie plenam lunam certamina Olympica celebrarentur, ita ut postremus ludorum dies in ipsam plenam lunam incideret ὀφθαλμὸν[4]) στρατιᾶς ἐμᾶς ποθέω O. VI, 16. (virum desidero excel-

---

[1]) Γοργὼ ὀφιώδης O. XIII, 63 cf. Preller. „mythol. graec." ed. III. I, 182 et II, 68.

[2]) Plutarchi verba haec sunt: ἄλλοι δὲ Κράτητος εἶναί φασι τὸν πολυκέφαλον νόμον, γενομένου μαθητοῦ Ὀλύμπου· ὁ δὲ Πρατίνας Ὀλύμπου φησὶ εἶναι τοῦ νεωτέρου τὸν νόμον τοῦτον.

[3]) cff. Praxill. fr. 1. σεληναίης πρόσωπον. Aesch. Pers. 426 κελαινῆς νυκτὸς ὄμμα. Eandem metaphoram habes hoc versu carminis nostri notissimi: „Wie blickt so still der Mond mich an."

[4]) Similiter dicta ab Aeschylo usitata invenis supra in capite primo.

lentissimum et amatissimum exercitus mei.) συγγενὴς ὀφθαλμὸς ἀοιδότατον γέρας P. V, 18. (innatum, congenitum virtutis et praestantiae lumen, decus eximium.) Eius modi metaphoras etiam in lingua latina habemus, cum Corinthus lumen Graeciae vocetur et apud Plaut. Trin. II, 1, 18 suaviter audiatur: „ocelle mi!“ Ac nostra lingua, si dulcius et gratius aliquid nobis esse dicitur, eandem metaphoram adhibet in voce „Augapfel.“ Idem quod ὀφθαλμός exprimit vox ὄμμα quaeque ab ea derivata sunt adiectiva.

ὁ Βάττου δ' ἕπεται παλαιὸς ὄλβος —
πύργος ἄστεος ὄμμα τε φαεννότατον P. V, 56,

ut lumen, salus advenis mercatoribus κοινὸν φέγγος N. IV, 12 Aegina vocatur, cum mercaturae causa undique eo confluerent. Nostro igitur loco (P. V, 56) „splendor summus et pulcherrimus urbis.“ Ἀκτὶς Ἀελίου, τί, πολύσκοπε — μᾶτερ ὀμμάτων fr. hyp. 4 (74) ἐνδ' ἕσπερον ἔφλεξεν εὐώπιδος σελάνας ἐρατὸν φάος O. XI, 74. (pulcherrime lateque splendens luna.) κελαινῶπις νεφέλα P. I, 7. (nachtblickend Gewölk) (Thiersch). Alia voxa corpore hominis ducta, quae translate a Pindaro usurpatur, est μέτωπον[1]), quam legimus. P. I, 30 εὐκάρποιο γαίας μέτωπον. Sic Aetna summus mons Siciliae vocatur, quia omnem terram valde superans velut frons terrae subter sitae aestimanda est. Compluries quoque occurrit mihi translate posita vox πρόσωπον. ἀρχομένου δ' ἔργου πρόσωπον[2]) χρὴ θέμεν τηλαυγές O. VI, 3. N. V, 17 οὔτοι ἅπασα κερδίων φαίνοισα πρόσω-

---

[1]) cf. Brinkm. l. l. p. 177 sq. Frons ut sedes pudicitiae laudatur a Pers. V, 103 „Exclamat periisse frontem de rebus“ (frontem i. e. pudorem).

[2]) cf. Schilleri illud in fabula, quae inscribitur „Die Braut von Messina“:

„Wehe, wehe dem Mörder wehe,
Der sich gesät die tödtliche Saat;
Ein anderes Antlitz, eh' sie geschehen,
Ein anderes zeigt die vollbrachte That.“

πον[1]) ἀλάθει' ἀτρεκής J. II, 9 ἀργυρωθεῖσαι πρόσωπα μαλθακόφρωνοι ἀοιδαί. (ipsa facies, ut ita dicam, cantuum aliquid frigidi ostendit et lucri capessendi argentum.) Ut capitis partes metaphorice usitatas enumerare pergamus, iam vocem ὀφρύν[2]) legimus O. XIII, 106 τάδ' ἐπ' ὀφρύϊ[3]) Παρνασίᾳ. Recorderis velim hoc loco deos saepius a veteribus et ab ipso Homero dici, quodcunque ab hominibus factum esse velint, id solo nutu iis indicare cf. Hom. Il. I. 258

ἦ καὶ κυανέῃσιν ὑπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων.

Horatius quoque carm. III, 1, 8 de deorum supercilio idem dicit, cum canit: „(Iovis) cuncta supercilio moventis" et Verg. Aen. IX, 106 „totum nutu tremefecit Olympum." Nostro autem loco mons Parnassus hoc epitheto ornatur, quia ut supercilium supra oculos prominet ita mons sese supra planitiem fert; ipsum vero Parnassum montem poeta hic laudavit, cum mons sit ille, de quo omnes laudes poeseos partiuntur. Vox γλῶσσα his locutionibus inest metaphoricis. J. V, 72 γλῶσσα δ' οὐκ ἔξω φρενῶν (non aliter loquitur ac sentit.) O. X, 9 τὰ μὲν ἁμετέρα γλῶσσα ποιμαίνειν ἐθέλει. (poeta cantu suo se victorias curare i. e. celebrare velle dicit.) O. VIII. 69 ἀτιμοτέρα γλῶσσα. (de oratione tacita victi hominis dictum.) P. II, 86 εὐθύγλωσσος[4]) ἀνήρ. (homo verax.) N. VII, 72 θοὰ γλῶσσα. (telo compara-

---

[1]) cff. Eurip. Iph. Aul. 1089 sqq.

ποῦ τὸ τᾶς αἰδοῦς ἢ τὸ τᾶς
ἀρετᾶς δύνασιν ἔχει
σθένειν τι πρόσωπον; et
Aristoph. Av. 1324: ἀγανόφρονος Ἡσυχίας
εὐήμερον πρόσωπον.

[2]) Hesychius s. v. ὀφρῦς· τὰ κρημνώδη καὶ τραχέα τῶν ὀρῶν· καὶ ἔπαρσις. Cic. Pis. I, 1 „Oculi, supercilia, frons, vultus denique totus qui sermo quidem tacitus mentis est." cf. Schilleri illud in fabula, cui titulus est „Die Räuber" II, 2 „Meine Augbrauen sollen über euch herhangen wie Gewitterwolken .... Meine Stirn soll euer Wetterglas sein."

[3]) cf. Hom. Il. XXII, 411. Ἴλιος ὀφρυόεσσα.

[4]) Nos dicimus: „Der Mann ist gerade heraus."

tur lingua.) O. XIII, 100 ἀδύγλωσσος[1]) βοὰ κάρυκος ἐσλοῦ. N. V, 24 ἑπτάγλωσσος φόρμιγξ, vox singularis et apud unum Pindarum hoc loco. Paullo enim audacius phorminx, cum instrumentum sit fidibus canendi, ita appellatur. Singulae septem fides velut linguae intellegendae sunt, quarum suo quaeque sonu tonat. ἄγλωσσον ἦτορ N. VIII, 24. παλίγγλωσσος πόλις J. V, 24. παλίγγλωσσος ῥῆσις N. I, 59.

ἐκ θεῶν γὰρ μηχαναὶ πᾶσαι βροτέαις ἀρεταῖς
καὶ σοφοὶ καὶ χερσὶ βιαταὶ περίγλωσσοί τ' ἔφυν. P. I, 42.

(eloquentes). Linguam velut cote ad canendum acui probatur his exemplis. δόξαν ἔχω τιν' ἐπὶ γλώσσᾳ ἀκόνας λιγυρᾶς O. VI, 82. ἀψευδεῖ δὲ πρὸς ἄκμονι χάλκευε γλῶσσαν P. I, 87. Diffusius de his infra tractabitur. Nec omittenda est hoc loco dictio, quae etsi non metaphorico tamen audaciore quodam sensu adhibita repperitur fr. inc. 182c (152) ἔστι μοι πιστὸν ταμιεῖον ἐπὶ γλώσσας cff. Aesch. Ag. 36 τὰ δ' ἄλλα σιγῶ· βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ μέγας βέβηκεν. Theogn. 815

βοῦς μοι ἐπὶ γλώσσῃ κρατερῷ ποδὶ λὰξ ἐπιβαίνων
ἴσχει κωτίλλειν καίπερ ἐπιστάμενον.

Menandr. Piscat. παχὺς γὰρ ὗς ἔκειτ' ἐπὶ στόμα. Quarum locutionum sensus explicatus est supra in capite primo. Ut iam metaphores a capitis partibus sumptas absolvamus, ad vocem παρειάν spectans hoc afferamus adiectivum, quod cum substantivo coniunctum legitur P. I, 44 id. N. VII, 71 χαλκοπάρᾳος[2]) ἄκων. Quam splendide et velut architectonice dictum! Vides telum per auram stridens ut vividum corpus. Etiam mentum translate ponitur. Legitur enim P. IV, 24 ἄνικ' ἄγκυραν ποτὶ χαλκόγενυν. Crines metaphorice adhibentur fr. dith. 3 ἴων φόβαι[3]). Cum φόβη pro-

---

[1]) cf. Bacchyl. fr. 13

Τίκτει δέ τε θνατοῖσιν εἰράνα μεγάλα
πλοῦτον καὶ μελιγλώσσων ἀοιδᾶν ἄνθεα.

[2]) cf. Hom. Il. XII, 183 δουρὶ βάλεν Δάμασον κυνέης διὰ χαλκοπαρῄου. Apud Polluc. παρειαί dicta sunt τὰ πτερά seu latera navis.

[3]) cff. Soph. Antig. 419 φόβη ὕλης. Plat. fr. 23 (Bergk. lyr. Graec.)

ὑψίκομον παρὰ τάσδε καθίζεο φωνήεσσαν
φρίσσουσαν πυκνοῖς κῶνον ὑπὸ ζεφύροις.

pria et prima notione de longis et largis capillis usitatur, cogita de simili re, ut nos cum dicimus „ein Blumenbüschel.“ Cervices tribuuntur his locutionibus. 'Αρκαδίας ἀπὸ δειρᾶν O. III, 27. Κορίνθου δειράς O. VIII, 52. Μαιναλίαισιν ἐν δειραῖς O. IX, 59. 'Ισθμοῦ δειράς[1]) J. I, 9. Ad quod adiiciam, Argis oraculum ab ipso deo Delphico institutum atque conditum extitisse, quod cum sub ipsius montis radicibus situm atque exstructum esset, ut velut cervicibus suis montem tangeret, nomen 'Απόλλωνος δειραδιώτου[2]) ducebat. Etiam tergum usu translato apud Pindarum invenitur. νῶτον[3]) ὕπερ γαίας P. IV, 26. σχίζε νῶτον γᾶς P. IV, 228. Nonnullis quoque locutionibus pectus metaphorice usitatum habemus.

πόλιν ὡς κτίσσειεν εὐάρματον
ἐν ἀργινόεντι μαστῷ P. IV, 8.

(in colle calcario ut urbem conderet). Aliis codicibus ἀργάεντι μαστῷ traditur, quod Herrmannus praefert. Eadem vox legitur apud Pindarum O. XIII, 69 ἀργᾶντα ταῦρον. Utrum deligatur parvi momenti videtur esse, cum utraque vox ad eundem sensum tendat. Vocem autem μαστόν prudenter atque eleganter electam vides, ubi de certe et firmo fundamento, in quo urbem conderet celeberrimam et florentissimam, cogitandum sit. σχίζειν βαθύστερνον χθόνα N. IX, 25. βαθύστερνος νάπα J. III, 12. Κόλπος sensu metaphorico occurrit mihi exemplis his. ψυχρᾶς αἰθέρος κόλποι O. XIII, 88. (cavus aether) (Dissenius). βαθύκολπος γᾶ P. IX, 101. ὄμφαλος βαρυκόλπου χθονός N. VII, 33. Etiam cor aliquoties translate usurpatur. ἔσταςαν ὀρθὰν καρδίαν P. III, 96. καρδία γελανεῖ O. V, 2. μεγαλήτορες ὀργαί J. IV, 34. τυφλὸν δ' ἔχει ἦτορ ὅμιλος ἀνδρῶν ὁ πλεῖστος N. VII, 24. Quid? quod

---

[1]) Hesychius s. v. δειράδες et s. v. δειράδας. ἐξοχὰς κορυφάς. cff. Soph. Ai. 665 ὑπὸ δειράδι Παρνασσοῖο. Hom. Il. VIII, 3 πολυδειράδος Οὐλύμποιο.

[2]) cf. Pausan. II, 24, 1.

[3]) cf. Hom. Il. II. 159 εὐρέα νῶτα θαλάσσης. Audacior invenitur metaphora apud Aeschylum Suppl. 84 νῶτον πράγματος, quae e ludo gladiatorio desumpta est.

legitur J. VII, 53. Τροίας ἶνας ἐκταμὼν δορί, ταί μιν ῥύοντό ποτε . . . . Nervi vocantur fortissimi viri Troianorum, quos Achilles velut nervos ex Troianorum corporibus praecideret. Dictio quam grandis! Similiter Latini nervos incidere, praecidere dicunt. (cf. Liv. VII, 39, ubi nervi coniurationis milites dicuntur, in quibus robur coniurationis consistebat tum factae.) Ad significandam mediam alicuius rei partem saepius adhibitur vox ὀμφαλός.[1]) Itaque inveniuntur loci hi.

μάντευμα ἦλθε

πὰρ μέσον ὀμφαλὸν[2]) εὐδένδροιο ῥηθὲν ματέρος P. IV. 74. Delphi intellegendi sunt, situm sub Parnasso monte clarissimum in terris oraculum Apollinis, quod ut quodque templum luco circumdatum erat multis arboribus consito atque ornato. Iidem Delphi vocantur ἀοίδιμος γᾶς ὀμφαλός P. VIII, 59 et ὀρθοδίκας γᾶς ὀμφαλός P. XI, 10. Etiam N. VII, 33 de oraculo Delphico cogitandum est: παρὰ μέγαν ὀμφαλὸν εὐρυκόλπον μόλον χθονός et fr. dith. 3 πολύβατον οἵ τ' ἄστεος ὀμφαλὸν θυόεντα. Translate usitatur etiam manus. Legitur θεοῦ σὺν παλάμᾳ O. XI, 21 (deo auxiliatore). Ut praesens dea, cui formas humanas tribuimus, laudatur veritas O. XI, 4 ὀρθᾷ χειρ[3]) Ἀλαθείας. Grandius dictum legitur P. XI, 23.

πότερόν νιν ἄρ' Ἰφιγένει' ἐπ' Εὐρίπῳ
σφαχθεῖσα τῆλε πάτρας ἔκνισεν βαρυπάλαμον
ὄρσαι χόλον.

Quam splendide his verbis scelesta Clytaemnestrae caedes pingitur! βαρυπάλαμον βέλος O. XI, 80 (fulgur). Ἀσκλάπιον τὸν φαρμάκων δίδαξε μαλκόχειρα νόμον N. III, 55. νεόκτιστον λίθων βωμοῖο θένας P. IV, 206. (Cum θέναρ cavum manus inter digitos sit et carpum, hic arae summa pars concavae intellegenda est [Dissenius]). Manus autem imago apte

[1]) Hesychius s. v. ὀμφάλὸς ζυγοῦ· τὸ μέσον καὶ Δελφοί. ἐπειδὴ μεσαίτατοι.

[2]) cf. Soph. Oed. R. 480 τὰ μεσόμφαλα γᾶς ἀπονοσφίζων μαντεῖα. Praeterea conferas locos Aeschyleos supra laudatos.

[3]) cf. Cic. Rosc. com. 16, 48 „Mihi veritas manum iniecit.“

hic posita est, qua de ara oblata sacra accipiente cogitandum sit. Similiter dictum legitur J. III, 74 πολιᾶς ἁλὸς ἐξευρῶν θέναρ. Totum corpus eiusque membra si a capite incipientes ceteras partes translate adhibita ordine enumeramus iam ad pedem descendimus, quem metaphorico sensu usurpatum invenimus his locis. Παρνασοῦ πούς P. XI, 36. ποὺς Παλίου N. IV, 54. Quae quidem metaphora per omnes sermones dissipata est. Rarius vero invenitur haec locutio πούς[1]) ναός N. VI, 62 (carina navis). Paullo insolentius nonnulla adverbialiter dicta haec apud Pindarum leguntur. γνόντα τὸ π ὰ ρ π ο δ ό ς, οἵας εἰμὲν αἴσας P. III, 60. φροντίδα τὰν πὰρ ποδός P. X, 62. τὸ δὲ πρὸ ποδὸς ἄρειον ἀεὶ σκοπεῖν χρῆμα[2]) πᾶν J. VII, 13. βίαια πάντ' ἐκ ποδὸς ἐρύσαις O. VII, 67 (omnem culpam procul summovens). Idem vult dictio ἐκτὸς εἶναι cf. Theogn. 744. ἔργων ὅστις ἀνὴρ ἐκτὸς ἐὼν ἀδίκων. Eodem modo deducendus est usus metaphoricus verbi e x p e d i e n d i. Ad metaphoras a p e d e ductas haec quoque adiectiva pertinent. ποδαρκὴς ἁμέρα O. XIII, 38 (velox dies). δίφροι ἀελλόποδες P. IV, 18. νεφέλα φόνου παρποδίου N. IX, 38. κρατησίποδα Φρικίαν P. X, 16. βροντὰ ἀκαμαντό πους O. IV, 2. Ruens tonitrus hoc ornatur epitheto ad vim ingentem et velut vividam significandam. ἀπήνην ἀκαμαντόποδα O. V, 3. De curru victrice cogita, qui currendo non desistit, priusquam victoriam adeptus sit. Nec abhorret ab hoc loco dictio quae est P. IV., 262 γνῶθι τὰν Ο ἰ δ ι π ό δ α σοφίαν. Cuius sensus hic est. Oedipus cum Sphingis aenigma obscurissimum animo sapientissimo suo solvisset, ita ob omnibus celebratus est, ut id factum in proverbium abiret et O e d i p i s a p i e n t i a ut summum, quoad prudentia proveheretur, valeret. Itaque hoc loco dicitur[3]). „Proponam nunc tibi aenigma, ad quod

[1]) In lingua nautica pes, πούς („Schoote") funiculus est, quo angulus veli religatur. Multae locutiones inde natae ab J. V o s s i o adlatae et explicatae sunt ad C a t u l l. IV, 21.

[2]) Sensus persimilis subest loco Horatiano carm. IV, 8, 27 „Dona praesentis cape laetus horae, Linque severa."

[3]) cf. E. Luebberti diss. „de elocutione Pindari" ad hunc locum

ariss... ac splendidi...

... occurrere permultas, quae a voce homi... rebus mutis tribuuntur. Ipse autem cantus his orna... thetis πάμφωνον μέλος P. XII, 19. ἀδυεπὴς ὕμνος ... μελιγάρυες ὕμνοι O. X, 4 id. J. II, 3. μελίφθογ... J. V, 9. ἀντίφθογγος ψαλμός fr. skol. 5 (92). μ... ἀοιδαί J. II, 9. Eadem vox humana vindicatur ... dith. 3 ὀμφαὶ μελέων. Similia epitheta tribuuntur in... mentis quoque musicis. Itaque habemus. ἀδυεπὴς ... O. XI, 93. ἀδύλογοι λύραι O. VI, 91. βοαὶ λυρῶν P. X, ... βοὰ αὐλῶν O. III, 8. πνοαὶ αὐλῶν N. III, 79. πάμφων... ἔντεα[1]) αὐλῶν O. VII, 12. πάμφωνοι ὀμοκλαὶ αὐλῶν J. IV. 27. ποικιλόγαρυς φόρμιγξ O. III, 8. ἀδυμελὴς φόρμιγξ O. VII, 11. βαρύφθογγος νευρά J. V. 34. Nec ipsi arti musicae huiusmodi epitheta aliena sunt. Habes hos locos. ἀδύπνοος Μοῖσα O. XIII, 22. μελίφθογγοι Μοῖσαι O. VI, 21. φωνὰ ὑπάργυρος Μοίσας P. XI, 42. Vocem etiam hae res inanimae accipiunt. ὠκέα βέλη φωνᾶντα O. II, 85 (cantus egregia atque dulci voce ornatus). βαρύλογα ἔχθεα P. II. 55. ἀρτιεπὴς γλῶσσα J. IV, 46 (vox diserte loquens). βαρυβοα πορθμὸς Ἀχέροντος fr. inc. 4 (108). καταπνοὰ ἀνέμων P. V, 121. ἀμπνοὰ μόχθων O. VIII, 7. ἐνοπὴ σαρκῶν fr. inc. 47 (133) (strepitus carnium). πυρίπνοα[2]) σώματα fr. inc. 47 (133) (ignem exhalantia corpora). στεναγμὸς ὀστέων fr. inc. 47 (133) (ossium gemitus). Vitam atque animam accepisse cantum hoc probatur exemplo. ῥῆμα βιοτεύει N. IV, 6. De perennitate cantus hoc dicitur. Quod dictum paene tritum

---

[1]) cff. Plat. Rep. p. 399, ubi hoc instrumentum πολυχορδότατον appellat. fr. Simonid. 15 (Gaisford. p. 393) πολύχορδος αὐλός.

[2]) fulgur vocatur Aesch. Prom. 916 πύρπνοον βέλος.

...a inter ... re...

...erum paullo accuratius inquirenti constiteri...
...nilitudine severam quandam et tristem admonitionem
...t ne nimia crudelitate rex Cyrenaeorum nobiles la-
... qui etiamsi nunc prostrati et domiti videantur,
...n virium retinuerint, ut iniuriam possint ulcisci.
... tectius id pronuntiat, ne rex admonitionem
...bius ferret. Nihil igitur obscuritatis restat.

Nec omitto talum translate a poeta adhibitum esse. ...gitur enim Δωρίδ' ἀποικίαν ἁνίκ' ἄρ' ὀρθῷ ἔστασας ἐπὶ ...φορῷ[1]). J. VI, 13. Locutionis huius hic est sensus. „regnum terrae firmare atque solidis firmisque fundamentis condere". It ipsa calx metaphorice usitatur. φλὸξ παννυχίζει αἰθέρα κνισᾶντι λακτίζοισα καπνῷ. J. III. 84.

ποτὶ κέντρον δέ τοι
λακτιζέμεν[2]) τελέθει
ὀλισθηρὸς οἶμος. P. II, 9. 5.

In quibus translationibus enumerandis ut ad finem veniamus, vocem γυῖον hic apponimus. Itaque legitur κολλᾷ τε (sc. Ψαῦμις) σταδίων θαλάμων ταχέως ὑψίγυιον ἄλσος. O. V, 13, de aedibus cogita quas splendidissimas et velut speciosis membris ornatas Psaumis sibi aedificandas curavit. ἐν τέτρασιν παίδων ἀπεθήκατο γυίοις νόστον ἔχθιστον. O. VIII, 68.

---

[1]) cff. Hor. epist. II, 1, 176
„Gestit enim nummum in loculos demittere post hoc
Securus cadat an recto stet fabula talo."
Pers. sat. V, 104 „Tibi recto vivere talo Arsdedit. . ."

[2]) Conferas adnotationem scholiastae, qui ad hunc locum Euripidis versum tradit πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε τοῖς κρατοῦσι σου. cf. Eurip. Iph. Taur. 1395 οἱ δ' ἐκαρτέρουν πρὸς κῦμα λακτίζοντες. Locus Aeschyleos cum supra attuli.

et tantopere est per omnes sermones vulgatum, ut similia omnia afferre nihili referat neque valeam. Singula tamen quae hic apponamus digna sunt dicta. Et Horatius quidem carm. IV, 9, 11 canit:

„Spirat adhuc amor
Vivuntque commissi calores
Aeoliae fidibus puellae."

et cantus immortalitem celebrans eodem carmine his verbis utitur:

„Ne forte credas interitura quae . . . .
verba loquor socianda chordis" carm. IV, 9, 1.

Ex Sophoclis fabulis unum hoc attulisse sat est, quod invenitur Soph. Oed. R. 482 τὰ (μαντεῖα) δ'αεὶ ζῶντα περιπο[illegible]ται. Dormire fingitur χάρις hoc loco qui est J. VI, 17 [illegible]αλαιὰ γὰρ εὕδει[1]) χάρις („dormit memoria prisci beneficii et obscurata est oblivione" Dissenius). Eodem pertinet metaphora cantum velut e somno excitandi, quae tribus his locis apud Pindarum legitur. ἀλλ' ἐμὲ χρὴ μναμοσύναν ἀνεγείροντα φράσαι O. VIII, 74. ἀοιδὰν[2]) ἐγείρειν P. IX, 104. ἀναγειρέτω κῶμον J. VII, 4. Verbum moriendi translato sensu legitur O. II, 19. πῆμα θνήσκει. Quid? quod intacta laus et gloria dicitur sana. ὄλβος ὑγίεις O. V, 23.

§ 3. Nec non multis actionibus et facultatibus res inanimae ornantur, quae proprie hominem decent. Atque recto gradu incedere has fingit res Pindarus. κῶμος κοῦφα βιβᾷ O. XIV, 17. χόρος ἐπέβα αἶνον O. II, 95 id. Eurip. Hippolyt. 234. 1381 (satietas invadere solet res se-

---

[1]) cf. Schilleri illud quod invenitur apud Brinkm. l. l. p. 70: „Gehört die süsse Harmonie, die in dem Saitenspiele schlummert, seinem Käufer?"

[2]) cf. Hor. carm. II, 10, 19:

„Quondam cithara tacentem
Suscitat musam . . .
Apollo."

Hac imagine pertrita utuntur omnes poetae lyrici Graeci.

cundas). μέριμναι οἴχονται ἔξω στηθέων fr. inc. 136. τὸ δ' ἀεὶ παράμερον ἐσλὸν ὕπατον ἔρχεται παντὶ βροτῶν O. I, 99. Notabilior et rarior locutio est, quae legitur N. X, 47. Ἀχαιῶν ὑψίβατοι πόλιες. Num, quod Dissenius ad hunc locum adnotat, id tantum hoc raro epitheto dicitur, urbes Achaeorum plerasque in collibus et montibus sitas fuisse? Non credo. Puto urbes illas editiore loco sitas ut splendidas et clarissimas poetam simul celebrasse, quae vetere gloria ornatae cum diis arctiorem affinitatem haberent quam aliae urbes. Etiam nos ornatius dicimus „eine hochgehende Woge“ et similia pro simplicius dicto „eine hohe Woge“. Luctatio quoque tribuitur et ipsa ars pugnandi rebus aliquot mutis. Habes locutiones has. πόνος[1]) μάρναται O. V, 15. Velut pugnatorem armatum vides vitam P. VIII, 75, ubi legitur βίον κορυσσέμεν ὀρθοβούλοισι μαχαναῖς. Ipsum eundem gladiatorem habes his exemplis. μὴ βαλέτω μάλα τραχεῖ φθόνος O. VIII, 55. αἰχματὰς κεραυνὸς P. I, 5 (ipsum fulgur hasta dimicans). Idem dicitur de animo forti et bellicoso. θυμὸς αἰχματάς N. IX, 37. ἀκαμαντόλογχαι Σπάρται J. VI, 10. δρόμοι ὁπλῖται J. I, 23 (armati cursus i. e. cursus armatorum sive eorum, qui non nude sed in armis currunt) dictum grandissime! Nec omittendae sunt hoc loco multae illae dictiones, quae de cantu ut certatore aut ipso telo adhibentur. Ad quod spectant loci hi. ἐμοὶ μὲν ὦν Μοῖσα καρτερώτατον βέλος ἀλκᾷ τρέφει O. I, 111. Cantus hic cum telo comparatur, quod quasi ab arcu sententiae e mente poetae mittitur ad scopum propositum. Eadem imago invenitur O. II, 83 πολλά μοι ὑπ' ἀγκῶνος ὠκέα βέλη ἔνδον ἐντὶ φαρέτρας φωνᾶντα συνετοῖσιν et ibidem O. II, 90 τίνα βάλλομεν ἐκ μαλθακᾶς αὖτε φρενὸς εὐκλέας ὀϊστοὺς ἱέντες. Mens autem poetae ut quae contineat arcum et tela illa, admonetur ad emittenda ea ibidem O. II, 89 ἔπεχε νῦν σκοπῷ τόξον, ἄγε θυμέ. Arcus Musarum longe iaculans intelligitur O. IX, 5. ἀλλὰ νῦν ἑκαταβόλων Μοισᾶν ἀπὸ τόξων et ibd. O.

---

[1]) Nonne simili imagine nostra lingua utitur, si proverbialiter dicimus? „Noth bricht Eisen.“

IX, 8 carmen magnificentius et sublimius vocatur τοιάδε βέλη. Eodem modo cantus celebratur O. XIII, 95 οὐχρὴ τὰ πολλὰ βέλεα καρτύνειν χεροῖν et P. I, 12. κῆλα[1]) (citharae tela) N. III, 65 ὕμνος βάλλει hymnus ipse hic velut pugnator tela emittens fingitur. Eadem iaculandi metaphora invenitur N. VII, 72 ἀπομνύω μὴ τέρμα προβὰς ἄκονθ' ὥτε χαλκοπάραον ὄρσαι θοὰν γλῶσσαν. (Laudes meas non ultra terminum veritatis me coniecturum esse iure iurando confirmo). Superest, ut duos locos ex carminibus Isthmiis apponamus. Sunt hi. ῥίμφα παιδείους ἐτόξευον μελιγάρυας ὕμνους J. II, 3. πολλὰ μὲν ἀρτιεπὴς γλῶσσά μοι τοξεύματ' ἔχει περὶ κείνων κεχαρύσαι J. IV, 47 (τοξεύμα laudes). Etiam actio mittendi translate usurpatur. Legimus P. IX, 46 ὅσσα τε χθὼν ἠρινὰ φύλλ' ἀναπέμπει[2]). Fama, quae Neoptolemum, cum inhonoratus e vita decessisset, sequeretur, auxiliatrix dicitur. Legitur enim N. VII, 32

τιμὰ δὲ γίγνεται
ὧν θεὸς ἀβρὸν αὔξει λόγον τεθνακότων
βοαθόον, τοὶ παρὰ μέγαν ὀμφαλὸν εὐρυκόλπου
μόλον χθονός.

Neque transeo actionem secandi, quae spei datur velut navi mare secanti O. XII, 6

αἵγε μὲν ἀνδρῶν
πόλλ' ἄνω, τὰδ' αὖ κάτω ψεύδη
μεταμώνια τάμνοισαι κυλίνδοντ' ἐλπίδες.

Spes velut navis fluctuans in medio mari circumacta cogitatur, res autem fictae et inanes ipsum mare efficiunt, quod spes, quae homines secum portans sursum deorsum fertur, navigando secat. Etiam gubernantes res inanimae finguntur. Legitur fr. inc 130 (194) ἐλπίς, ἃ μάλιστα θνατῶν πολύστροφον γνώμαν κυβερνᾷ. P. V, 122 Διός τοι νόος μέγας κυβερνᾷ δαίμον' ἀνδρῶν φίλων. Saepius metaphorae ab opere textorio petitae nobis occurrunt. ἐξύφαινε, γλυκεῖα, καὶ τόδ'

---

[1]) cf. Hom. Il. μ. 280, ubi nives nubibus decidentes hoc epitheto ornantur.

[2]) cf. Lucret. I, 8 „tellus submittit flores."

αὐτίκα, φόρμιγξ Λυδίᾳ σὺν ἁρμονίᾳ μέλος πεφιλημένον N. IV, 44. („Pertexe dulcis cithara, etiam hoc statim Lydia cum harmonia carmen.“ Dissenius). ὑφαίνω δ' Ἀμυθαονίδαις ποικίλον ἄνδημα fr. inc. 67 (149). Παλλὰς ἐφεῦρε θρασεῖαν Γοργόνων οὔλιον θρῆνον διαπλέξαισ' Ἀθάνα P. XII, 8. διαπλέκειν hic ita pertexere aliquid callide et artificiose nectendo, ut unum efficiatur ab omni parte perfectum. Minerva igitur dea multos et lamentabiles planctus Gorgonum quasi singula fila subtiliter ac prudenter ad vestem pertexens describitur. Paullo differt ab hac notione id quod legitur O. VI, 86 πλέκων ποικίλον ὕμνον, ubi non tam de veste texenda quam de serto serendo cogitandum est. Quo splendidiores et velut suo lumine fulgentiores res inanimae appareant, saepe visus iis tribuitur. Itaque invenimus has locutiones. τὸ δὲ κλέος τηλόθεν δέδορκε τᾶν Ὀλυμπιάδων ἐν δρόμοις Πέλοπος O. I, 94. δέδορκεν φάος N. III, 84. τόλμα τέ μιν ζαμενὴς καὶ σύνεσις πρόσκοπος ἐσάωσεν fr. inc. 152. Ἀκτὶς Ἀελίου, τί, πολύσκοπε[1]), μηδομένα μᾶτερ ὀμμάτων fr. hyp. 4 (74). Praeterea conferendum est, quod in prima parte ad vocem ὀφθαλμόν adlatum est. Etiam res casu intercedente obcaecatas invenimus, cum proprie oculis omnino careant. Legitur O. XII, 9 τῶν δὲ μελλόντων τετύφλωνται[2]) φραδαί. Quam vivaciter dictum! N. VII, 23 τυφλὸν δ' ἔχει ἦτορ ὅμιλος ἀνδρῶν ὁ πλεῖστος. J. IV, 57 οὔτοι τετύφλωται μακρὸς μόχθος ἀνδρῶν. In furto comprehensa laudatur Homeri prudentia ac peritia, qua tam callide[3]) utitur, ut suaviter narrando fabulas eas veras esse ab omnibus credatur. Canit enim Pindarus σοφία (sc. Ὁμήρου) δὲ κλέπτει παράγοισα μύθοις N. VII, 23. Suaviter dictum habemus apud poetam nostrum de pubertate, quae sedens in oculis puberum celebratur N. VIII, 1.

---

[1]) „Es reist die Sonne ab und auf
Guckt übern Berg und geht ins Meer.“ (Tieck.)

[2]) cf. Aesch. Prom 253 τυφλὰς ἐν αὐτοῖς ἐλπίδας κατῴκισα.

[3]) cf. Aristot. poet XXIV, 7 Δεδίδαχε δὲ μάλιστα Ὅμηρος καὶ τοὺς ἄλλους ψευδῆ λέγειν ὡς δεῖ.

Ὥρα πότνια, κᾶρυξ Ἀφροδίτας ἀμ —
βροσιᾶν φιλοτάτων
ἅτε παρθενηΐοις παίδων τ'ἐφίζοισα[1]) γλεφάροις.

Notissima haec metaphora nescio an in omnibus linguis deprehendatur. Ut exemplum, quod mihi ex lingua hispaniensi ad manum est, proferam, „pupilla" ibi vocatur „la nina de los ojos" quod latine „puella oculorum" transferendum est. In ipsa autem lingua latina multas habemus dictiones, quae huc tendunt. Exempli causa apponam in oculis ferre, gestare aliquem; ocule mi! oculissime homo! eiusmodi multa quae de homine amato dicuntur. Graece κόρη pupilla appellatur. Iam in medio ponam actionem habitandi, quae his rebus mutis tribuitur. πολὺς ὄλβος ἀμφινέμεταί σε P. V, 14, ubi quidem de pascendo quoque imago potest sumpta esse. Notabilior vero et audacior locutio invenitur P. XII, 26 δόνακες[2]) ναίοισι παρὰ καλλίχορον πόλιν χαρίτων, quae significat, calamos tibiis maxime aptos ibi nasci et iam a vetustissimis temporibus ibi crevisse. Res demum inanimas nutrire — quae quidem locutio non solum de homine, verum de omni animali propria est — ea quae proferant, his probatur exemplis. θρέψε (sc. Ἄργος) δ' αἰχμὰν Ἀμφιτρύονος N. X, 13. (aluit fortitudinem Amphitryonis.) fr. inc. 125 στάσις, πενίας δότειρα, ἐχθρὰ κουροτρόφος. πόλις λαοτρόφος O. V, 4. P. II, 2 Μεγαλοπόλιες Συρακόσαι ἀνδρῶν ἵππων τε — δαιμόνιαι τρόφοι. Ἄργος[3]) ἱπποτρόφος N. X, 41. ἐλπὶς γηροτρόφος fr. inc. 130 (194). νιφόεσσ' Αἴτνα, πάνετες

---

[1]) cff. Soph. Antig. 783 ubi non quidem in oculis, verum in genis praecipua sedes amoris praedicatur

Ἔρως ἀνίκατε μάχαν
ὃς ἐν μαλακαῖς παρειαῖς
νεανίδος ἐννυχεύεις.

Hor. carm. IV, 13, 8. Cupido viventis Chiae pulchris excubat in genis.

[2]) cff. Eurip. Iph. T. 399 τὸν εὔυδρον καὶ δονακόχλοα λιπόντες Εὐρώταν. Theokr. 785 δονακοτρόφος Εὐρώτας. Bacchyl. fr. 39 (Bergk. lyric. Graec.) τὰν ἀχείμαντόν τε Μέμφιν καὶ δονακώδεα Νεῖλον.

[3]) cf. Hom. ἱππόβοτον Ἄργος.

χιόνος[1]) ὀξείας τιθήνα P. I, 20. Huc addo illas dictiones, quibus voces μήτηρ, θυγάτηρ, παῖς translate adhibentur. Sunt autem hae. Μᾶτερ, ὦ χρυσοστεφάνων ἀέθλων Οὐλυμπία O. VIII, 1. Tota regio, ubi fiunt certamina, intelligenda est sub hac voce μᾶτερ. μάντευμα πὰρ μέσον ὀμφαλὸν εὐδένδροιο ῥηθὲν ματέρος P. IV, 74. οὔπω γένυσι φαίνων τέρειναν ματέρ' οἰάνθας ὀπώραν N. V, 6. Tenera mater est pubertas (quae hic ut J. II, 5 ὀπώρα vocatur) eaque gignens et proferens οἰάνθαν, quae vox hic de lanugine in mento pueri puberis dicta est. Dictio quidem audacissima sed quantum vitae spirans! Confitendum rem vulgarem et cottidianam elegantius efferi non potuisse. ἐθέλοντι δ' ἀλέξειν ὕβριν[2]), κόρου ματέρα θρασύμυθον O. XIII, 10. ἀκτὶς 'Αελίου μᾶτερ ὀμμάτων fr. hyp. 4 (74). Filia translate adhibetur O. V, 2 Ὠκεανοῦ θύγατερ (urbs Camarina). P. VIII, 2 Φιλόφρον 'Ασυχία, Δίκας ὦ μεγιστόπολι θύγατερ. (Hesychia hoc ornatur epitheto, quia tranquillitas non est, ubi iustitia non regnat.) N. IV. 3 αἱ σοφαὶ Μοισᾶν θύγατρες ἀοιδαί. fr. inc. 122 'Αλαλὰ πολέμου θύγατερ. P. V, 28 πρόφασιν ἄγων τὴν ὀψινόου 'Επιμάθεος θυγατέρα. Recordare de pulcherrima fabula ab Hesiodo op. et d. 48 sqq. tradita. Eadem metaphora utimur nos, si dicimus „Vorsicht ist die Mutter der Weisheit."

Filius his locutionibus translate usurpatur. ἁμέρα παῖς ἀελίου O. II, 32. νωμάτω φιάλαισι βιατὰν ἀμπέλου[3]) παῖδ' N. IX, 52. (distribue vinum bibentibus.) Vinum his filius vitis dicitur. ἔστιν ὅτε χρῆσις οὐρανίων ὑδάτων ὀμβρίων, παίδων[4]) νεφέλας O. X, 3. Διὸς παῖς ὁ χρυσός fr. inc. 140. Pauca iam dicamus de illis rebus, quae etsi inanimae

---

[1]) cf. Hom. Il. μ. 280 κῆλα χιόνος.

[2]) cf. Aesch. Eum. 526 ὕβρις τέκος δυσσεβίας· In eodem sensu versatur proverbium nostrum: „Hochmut kommt vor dem Fall."

[3]) cf. Aesch. Pers. 612.

ἀκήρατόν τε μητρὸς ἀγρίας ἄπο
ποτὸν παλαιᾶς ἀμπέλου γάνος τόδε,

Eurip. Alc. 757 πίνει μελαίνης μητρὸς εὔζωρον μέθυ.

[4]) Bergk. lyr. Graec. p. 1063 eadem translatione imber nubium infans dicitur ὄμβρος νεφελῶν τόκος.

sunt, affectus tamen humanos accipiunt. Mente praeditam et ornatam vides virtutem et res similes his locis. φιλόφρων ἀρετά P. I, 94. σαφὴς ἀρετά J. I, 22. βαθύφρονες Μοῖσαι N. VII, 1. ὑψιμέδων Παρνασός N. II, 19. μελίφρων αἰτία N. VII, 11. ἀρχὰ μελίφρονος σκολίου fr. skol 1 (88) κακόφρων καρπὸς πραπίδων fr. inc 127. Amisisse mentem res mutas his apparet exemplis. κενεόφρονες[1]) αὖχαι N. XI, 29. Forti animo ornata cogitatur ὕβρις, quae O. XIII, 10 dicitur θρασύμυθος κόρου μήτηρ. γέρας εὔθυμον O. IV, 22. Similiter dicta sunt haec. μεγαλάνωρ Ἁσυχία fr hyp. 125 (189). μεγάνωρ πλοῦτος O. 1, 2. Ipsi menti personae vis datur his locutionibus. φρὴν δονηθεῖσα[2]) βοᾷ P. VI, 36. φρένες λάθονται P. IV, 41. θυμὸς ὥρμαινε πορεύειν νιν O. III, 25. φροντὶς οὐκ ἰδυῖα ἀπατᾶται fr. inc. 72. Fervido et effrenato animo agere hae res finguntur. πῆμα παλίγκοτον O. II, 20. ἔγχος ζάκοτον N. VI, 59. τόλμα ζαμενής fr. inc. 152. ὕδωρ ζάκοτον fr. hyp. 4 (74). Ut vividum hominem vides iram P. XI, 23, ubi legitur χόλος κνίζεται. Aliae quoque res affectibus hominum moventur. Nam legitur στεναγμὸς[3]) ὀστέων fr. inc. 47. τᾶς χλωρᾶς λιβάνου[4]) ξανθὰ δάκρη[5]) fr.

---

[1]) cf. Aesch. Pro. 760 κενόφρονα βουλεύματα.

[2]) cff. Aesch, Pers. 967 ἦτορ βοᾷ. Hor. sat. I, 2, 32 Macte Virtute esto, inquit sententia dia Catonis.

[3]) cf. Aesch. fr. 350 οἵ τε στεναγμοὶ τῶν πόνων ἐρείσματα (sive ἰάματα).

[4]) Λίβανος ἡ, arbor thurifera est, quae commemoratur apud Phrynichum (ed. Lobeck p. 187) λίβανον λέγε τὸ δένδρον, τὸ δὲ θυμιώμενον λιβανωτόν. Hesychius s. v. λιβανός idem dicit. τὸδένδρον καὶ τὸ ὄρος. Λιβανωτὸς δὲ ὁ καρπὸς αὐτοῦ· εἶδος θυμιώματος.

[5]) cff. Melanipp. I, 5 (Bergk. lyr. Graec.)

ἱερόδακρυν λίβανον εὐώδεις τε φοίνικας
κασίαν τε πατεῦσα τέρενα Σύρια σπέρματα.

Ovid. Metam. XV, 394 „thuris lacrimas." Etiam nostri poetae arborem lacrimas effundentem canunt. Exempli causa apponam Klopstockii illud, quod legitur apud Brinkm. l. l. p. 34:

„Wenn ich dieses frische Leben athme:
Hör ich dich dann auch wohl mit Geistes Ohre,
Dich dein Tropfchen leises Geräusches träufeln
Weinende Weide."

skol. I (88). (thus flavum quod ex cortice arborum profluit.) Ridens fingitur animus his locutionibus γελανὴς καρδία O. V, 2. Nos eandem metaphoram sequimur, cum dicimus „Mir lacht das Herz im Leibe.“ Contra ipse risus agens canitur P. VIII, 85. γέλως γλυκὺς ὦρσεν χάριν. Sitire cantum seque illius sitim restingere dicit poeta hoc loco qui est P. IX, 104.

ἐμὲ δ' ὦν τις ἀοιδάν
διψάδ' ἀκειόμενον πράσσει χρέος αὖτις ἐγεῖραι
καὶ παλαιὰν δόξαν ἑῶν προγόνων.

§ 3a. Haec hactenus de metaphoris a corpore et animo hominis eiusque facultatibus et virtutibus desumptis. Unum autem adhuc, priusquam huic parti finem faciamus, hoc loco afferamus. Quamvis enim multas res mutas, quibus et formas finxit poeta et personas, iam supra attulerimus, hic ceteras quas aut in eum ordinem propositum referre non potuimus aut quae propter suam singularitatem dignae videbantur, quae secretae ab illis investigarentur, percensuisse iuvat. Ac primum quae res eminet inter alias cuique aliae subiectae sunt, audit rex. Itaque legitur νόμος ὁ πάντων βασιλεύς[1]) fr. inc. 48 (134) ἐμοὶ δ' ἀρετὰν ἔδωκε πότμος ἄναξ N. IV, 42. Λυκαίου βωμὸς ἄναξ O. XIII, 108. Altaria hoc ornantur epitheto, quia in summo monte exstructa toti regioni velut imperant cf. Nem. II, 29 παρὰ μὲν ὑψιμέδοντι Παρνασῷ, ubi μέδεσθαι in eundem sensum vergit. Nec minus eiusdem vocis forma feminina metaphorice adhibetur. Legitur O. VIII, 2 Οὐλυμπία δέσποινα ἀλαθείας. (Domina oraculi, quod verum cuiusvis rei exitum patefacit). Huc quoque pertinet locus qui est O. II, 1 ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι. (Caput esse carminis cuiusque ipsam materiam, ait poeta, cui tum suus modus suaeque chordae aptanda sint). Ut praesentes testes et probatores chori, quibus fidem habere possis, vocantur tibiae P. XII, 27 δόνακες, πιστοὶ χορευτᾶν μάρτυρες. Cum saltatores ad tibias certo modo et rhythmo accommodatas chorum scite ducerent,

[1]) Confer locos Aeschyleos et alios quos supra laudavi ad eos.

optimi rectores et moderatores saltandi erant canentes tibiae. Etiam tempus personam induit. Nam legitur O. II, 17 χρόνος ὁ πάντων πατήρ. Nec ignotum est necessitatem veteres ut deam clavigeram finxisse. Apud Pindarum legitur. τίς δὲ κίνδυνος κρατεροῖς ἀδάμαντος δῆσεν ἅλοις P. IV, 71, quocum cf. Hor. od. I, 35, 17

„Te semper antit saeva Necessitas
Clavos trabalis et cuneos manu
gestans aenea . ."

Eidem necessitati manus datur N. VIII, 3 (Ἀφροδίτα) τὸν μὲν ἁμέροις ἀνάγκας χερσὶ βαστάζεις, ἕτερον δ' ἑτέραις. (Amorem autem semper invictum esse itaque omnia sub potestatem suam cogentem cum ex aliis tum ex Sophoclis cantu clarissimo apparet qui est Soph. Antig. 781 sqq). Hae res personam ac vitam accipientes nudae finguntur τούτων (sc. δένδρων καλῶν) ἔδοξεν γυμνὸς αὐτῷ κᾶπος, O. III, 24. ὀξείαις ὑπακουέμεν αὐγαῖς ἀελίου. N I, 52 κολεοῦ γυμνὸν φάσγανον. J. I, 23 ἐν γυμνοῖς σταδίοις. P. XI, 49 γυμνὸν στάδιον. (στάδιον in his locutionibus cursum significat cumque nudum, qui opponitur cursui in armis peracto). Pubertatem verum et praecipuum nuntium amoris esse celebratur hoc versu ὥρα πότνια, κᾶρυξ Ἀφροδίτας ἀμβροσιᾶν φιλοτάτων N. VIII, 1. Medicus optimus vocatur animi hilaritas, quae labores bene peractos sequitur N. IV, 1. ἄριστος εὐφροσύνη πόνων κεκριμένων[1]) ἰατρός. (Nach gethaner Arbeit ist gut ruhen). Restant nonnullae locutiones, quibus res inanimae velut procuratores finguntur. Legitur enim N. VI, 29 οἶκος ταμίας στεφάνων. Domus ipsa i. e. gens Bassidarum hoc decoro fungitur munere, cum qui praemium victoris adeptus sit, non sibi tantum sed toti familiae suae gloriam paraverit. J. V, 57 ipsa poesis ministrator et lar-

[1]) Nos nonne simili translatione utimur in proverbro illo: „Hunger ist der beste Koch?" Ad nostrum locum cff. Menandr. fr. ed. Meinck. p. 325 λύπης ἰατρός ἐστιν ἀνθρώποις λόγος. Aesch. Cho. 680 ἰατρὸς ἐλπίς. Aesch. Pro. 382 ὀργῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι.

gitor carminum dicitur Μοῖσα, ταμίας Πυθέᾳ τε κώμ ων Εὐμε νει τε. fr. isthm. 4 poetae ipsi ταμίαι σοφοὶ Μοισᾶν appellantur.

§ 4. Postremum nonnullas huc adiicimus metaphoras a vestimento hominis desumptas, quae quidem omnes de cantu ornate adhibitae inveniuntur. P. XII, 8 dea Minerva inventrix θρήνου οὐλίου praedicatur, cantum illum ut vestem singulis Gorgonum planctibus pertexens. Ibi enim legitur: Παλλὰς ἐφεῦρε θρασεῖαν Γοργόνων οὔλιον θρῆνον διαπλέξαισ'· Idem sensus subiectus est versui huic. φόρμιγξ ἐξύφαινε τόδ' αὐτίκα (sc. μέλος) N. IV, 44 ubi ipsa cithara admonetur, ut carmen pertexat; idemque fr. inc. 67 ὑφαίνω δ' Ἀμυθανίδαις ποικίλον ἄνδημα. P. III, 83 (πήματα) οὐ δύνανται νήπιοι κόσμῳ φέρειν eandem metaphoram habes, ubi poeta carminum suorum compositionem cum veste comparat, (meliorem fortunae partem prae se ferentes). Nec omitto locutionem illam plane singularem, quae N. VIII, 15 legitur, ubi ipse cantus Lydico modo adaptus fingitur ut mitram ferens in capite.

τῶν δ' ἅπτομαι φέρων
Λυδίαν μίτραν καναχηδὰ πεποικιλμένον.

His praemissis exemplis iam duos locos, de quibus adhuc interpretum iudicia distant, perquiramus. Ac priorem quidem locum habemus O. 1, 8, quem C. Lehrsius, praeceptor meus reverendissimus ac poene divinus, ita interpretatus est, ut translationem, quae inest his verbis πολύφατος ὕμνος ἀμφιβάλλεται σοφῶν μητίεσσι, desumeret de plantis repentibus, cum ut illae ipsum carmen circa vatum mentem reperet. Cum vero propriam verbi ἀμφιβάλλεσθαι notionem secuti ab hac, ut par est, imaginem sumserimus, non a plantis repentibus sed ab illis vestibus, quibus corpus amicitur, ortam esse metaphoram reperiemus. Ad quod iudicium fulciendum comparas quod dicit Cicero de or. III, 39, 158 tragicum quendam poetam laudans: „se circumvestit dictis, saepit sedulo.“ Altera locutio est

ν πτύχαι[1] quae in eodem carmine O. I, 105 inveni-r nec dubie his probatis eandem metaphoram sequitur. Miror vehementer, Dissenium ad h. l. adnotare, comparationem hymni cum veste apud Pindarum non esse, cum non minus quinque huius comparationis exempla, quae modo attuli, mihi ipsi occurrerint et virum illum doctissimum aegre fugerint. Iudico ergo optime huc de ampliore sinu vestium cogitari, qui quo elegantior et artificiosior fit, eo pulchrior et speciosior est. Nam hoc loco poeta de illo cantu ornatiore cogitat, qui ut vestis pulchriorem praebet aspectum varie atque artificiose complicata, ita splendidis et sinuosis complexibus atque nodationibus ornatur. Pristino enim ut vestimento simplicissimo nulli erant[2]) sinus, postea vero decentissimi et artificiosissimi, ita cantus sior, quo Hieronem poeta celebrare conatur, multis tur artificiosis flexibus numerorum, harmoniae, saltatios velut pulcherrimus sinus vestium. Remotior autem, quam cui assentiar, a prima vocis notione mihi illa metaphora videtur esse, quam de montium convallibus et recessibus deducentes Dissenius, E. Luebbertus alii sequuntur ad hanc locutionem interpretandam.

Liceat nunc ea quae de nostro genere translationum ab Aeschylo et Pindaro adhibitarum attulimus, breviter animo colligere et in quo totius dissertationis velut cardo vertitur, hic proclamare. Vidimus enim et in Aeschyli fabulis et in Pindari carminibus locutiones speciosas et verba permulta de solo homine propria transferri in res inanimas, quae extra hominem sitae sunt et ut ipse homo agunt et sentiunt, unde quod ab ipso limine disputationis contendi-

---

[1]) cf. Cic. Brut. 75, 262 „Etiam commentarios quosdam scripsit (Caesar) rerum suarum valde quidem probandos, nudi enim sunt recti et venusti omni ornatu orationis tamquam veste detracta.“

[2]) cf. Quint. XI, 3, 137.

mus, ingenium singulare et utrique poetae persimile i… id nunc exemplis adlatis atque percensis eo manifestius … pareat. Simul vero quamvis summa similitudo inde elucea… Aeschylum tamen magis *grande*, magis *sublime* ingenium Pindarum ornare et hoc praecipuum esse, quo duo hi poetae maxime inter se distent, iam patet et omni dubitatione remota pro certissimo iudicio nunc videtur habendum esse.